

CAPUT II.

De Sacramento Ordinis.

DUBIUM I.

Quid sit Ordo, quotuplex, et quae ejus Materia.

734. *Quid est sacramentum Ordinis, et quod sunt ordines. Et an prima tonsura sit ordo. — 735. Quid sit ordinatio, et quid Ordo. Et quinam sint effectus Ordinis. Definitio cuiusvis ordinis. — 736. An singuli septem ordines sint sacramenta. — 737. Sententia auctoris. — 738. An episcopatus sit ordo distinctus a sacerdotio. — 739. Quae sit materia remota, et quae proxima hujus sacramenti. — 740. Dub. 1. An materia et forma Ordinis sint a Christo in specie determinatae (Remissive ad n. 12, de Sacram.). — 741. Dub. 2. An valide ordinetur latinus per materiam graecis assignatam. — 742. Dub. 3. An requiratur contactus instrumentorum. — 743. Dub. 4. An contactus physicus. — 744. An ab eodem episcopo debeat dici forma, et tradi materia. Et an ab eodem qui confert ordines, debeat Missa celebrari. — 745. De materia cuiusque ordinis. — An materia acolythatus sit traditio unctionis vel candelabri. — 746. Qu. 1. Quae sit materia et forma subdiaconatus. Dub. 1. An sit calix cum patena, vel liber epistolarum. — 747. Dub. 2. An calix et patena debeat esse consecrata. Et an peccet graviter subdiaconus ministrando in mortali (Remiss. ad n. 38). — 748. Qu. 2. Quae sit materia et forma diaconatus. — 749. Qu. 3. Quae sit materia et forma presbyteratus. — 750. Dub. 1. An requiratur ad valorem traditio utriusque speciei, nempe vini et hostiae. — 751. Dub. 2. An valide ordinetur qui tangit hostiam et non patenam. — 752. Dub. 3. An, qui tangit calicem et patenam, sed non hostiam. — 753. Dub. 4. An, qui tangit solum calicem, sed non patenam. — 754. Clericus, exercens munus ordinis majoris quem non habet, incurrit irregularitatem. — Quid, si sii laicus (Remiss. ad n. 116). — 755. De ordinatione episcoporum. Et an ad valorem requiratur trium episcoporum assistentia. — 756. An episcopus possit conferre primam tonsuram extra suam dioecesim. — 757. Quid agendum in dubio an Ordo sit collatus. — 758. Quomodo supplendi sint defectus in ordinatione commissi. — 759. Et an supplendi tempore statuto ad ordinationes. — 760. Quinam episcopus possit ordinare. (Vide etiam infra, a n. 769). — 761. Quis sit minister Ordinis. — 762. Qu. 1. An possit esse minister quivis sacerdos ex concessione Papae. An etiam ad conferendum presbyteratum. Et an, ad conferendum diaconatum et subdiaconatum. — 763. Qu. 2. An abbates possint conferre tonsuram et ordines minores, aut litteras dimissorias concedere subditis suis non religiosis. — 764. Dub. 1. An possint ordines conferre suis novitiis. — 765. Et an novitii debeat ordinari ab episcopo loci novitiatibus, etc. — 766. Dub. 2. An abbates ordinantes non subditos valide ordinent. — 767. An conferens ordines minores in mortali graviter peccet. — 768. A quo episcopo ordinari debeat regulares. — 769. Ordinatio fieri debet a proprio episcopo, alias, etc. — 770. Plura notanda ex bulla Speculatorum. — 771. Quid, si quis in una dioecesi habeat originem, in alia domicilium, et in alia beneficium. — 772. Quid, si quis casu alicubi nascitur. — 773. Quid, si quis habeat diversa domicilia. — 774. Quando quis possit ordinari ab episcopo beneficii. — 775. Dub. 1. An episcopus beneficii possit dispensare in interstitiis. — 776. Dub. 2. An licite episcopus ordinet eum cui confert beneficium ut possit eum ordinare. — 777. Quid, si quis in diversis dioecesibus beneficia habeat. Et an studiosi contrahant domicilium. — 778. Quid requiratur ut quis ordinetur ratione domicilii. — 779. An barones eorumque filii gaudent domicilio feudorum. An officiales, domicilio loci ubi degunt. — 780. Quomodo possit quis ordinari ratione familiaritatis. — Et an hoc titulo possint ordinari familiam famularum.*

734. — *a* Resp. I^o. Ordo est sacramentum quo traditur potestas circa Eucharistiam rite administrandam.

« Ordines universim sunt septem: Ostia, ratus, lectoratus, exorcistatus, acolythus, subdiaconatus, diaconatus et sacer-

« dotum. — Quod rursus est duplex, minus et majus, sive episcopatus. Unde quidam octo numerant.

« Prima vero tonsura non est ordo, nisi late, sed tantum dispositio ad ordinates, per quam quis fit clericus et capax

*« beneficij ecclesiastici ac privilegiorum clericalium ». — [Ita S. Thomas¹, Bonacina², Palaus³; Holzmann⁴ cum Scoto et theologis communiter; Salmant.⁵ cum Soto, Trullench, Nuñez, etc.; et Barbosa⁶ cum Vasquez, Filiuccio, Reginaldo et aliis (contra Covarruvias, Fagnanum et alios canonistas). Ratio, quia Tridentinum⁷, loquens de tonsura, ait: *Ut qui jam... tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent*. Ergo tonsuram inter ordines non enumerat. Praeterea concilium⁸ testatur hos solos ordines ab initio fuisse in Ecclesia, nempe a diaconatu ad ostiariatum.*

*« Ex iis tres posteriores dicuntur **maiores** sive sacri, ob annexum votum « solempne castitatis (etsi ordinatus per « gravem metum, vel nimis blanditiis, et « importunitate parentum, probabiliter eo « non teneatur, nisi sponte ratificaverit⁹). « Sanchez⁹, Azor, Filiuccius¹⁰, Coninck¹¹, « Bonacina¹²). — Reliqui, **minores**: quos « cum Vasquez alii sacramentum esse « negant; alii cum Bellarmino, Coninck, « Filiuccio, etc., communius et probabilius affirman. Et quidem unum, vel « perfectione ac fine, vel unitate attributio. Vide Filiuccium¹³, Bonacina¹⁴.*

Quod Ordo sit sacramentum, definitum, habetur in concilio Tridentino¹⁵, ubi: Si quis dixerit Ordinem, sive sacram ordinationem, non esse vere et proprie sacramentum a Christo Domino institutum..., anathema sit.

*735. — Quaeritur: **quid sit ordinatio, et quid Ordo?***

*Ordinatio est actio illa, per quam sacra potestas tribuitur. — Ordo autem melius definitur cum S. Thomae: *Est signaculum quoddam Ecclesiae, quo spiritualis**

¹ Suppl., qu. 40, art. 2, corp. — ² Disp. 8, de Ordine, qu. unic., punct. 1, n. 6. — ³ Tr. 27, punct. 2, n. 4. — ⁴ De Ordine, n. 48. — *Scot.*, in 4, dist. 24, resp. ad ult. obj. — ⁵ Tr. 8, de Ordine, cap. 1, n. 26 et 27. — *Sotus*, in 4, dist. 24, qu. 2, art. 1, ad 4. — *Trull.*, de Sacram., lib. 6, dub. 1, n. 7. — *Nuñez*, in Addit. ad 3 P. D. Thom., qu. 40, art. 2. — ⁶ *De Offic. et Potest. episc.*, alleg. 2, n. 18. — *Vasq.*, in 3 P., disp. 236, cap. 1, n. 8. — *Fili.*, tr. 9, cap. 1, n. 12. — *Regin.*, lib. 30, tr. 1, n. 5. — *Covarr.*, de Testam., cap. 9, *Quia nos*, n. 4. — *Fagnan.*, in cap. *Cum contingat*,

⁷ 734. — *a*) Auctores isti de solo metu loquuntur. Sed generatim nimiae blanditiae vel

potestas traditur ordinato (adduntque communiter DD.) in ordine ad Eucharistiam. — Ordinatio autem est sacramentum; ordo vero, effectus sacramenti.

*Dicitur autem Ordo ab effectu quem causat. — Ordo enim constituit ministros, qui duplum peculiarem potestatem habent: unam *ordinis*, erga Corpus Christi reale et mysticum simul, nempe confiendi Eucharistiam et absolvendi peccata; alteram *jurisdictionis*, erga corpus Christi mysticum tantum.*

*Additur recte: *in ordine ad Eucharistiam*; quia omnia alia ministeria non ad aliud communicantur, quam ad disponendos fideles, ut Eucharistiam digne recipiant. — Salmant.¹⁶*

Patet autem Ordinem esse vere et proprium sacramentum; quia habentur in eo tria illa quae sacramenta constituunt: nempe 1^o. Signum externum; ex Act. vi:

*Et orantes imposuerunt eis manus. — 2^o. Promissio gratiae ad ministerium; dum habetur I. Tim. iv: *Noli negligere gratiam..., quae data est tibi... cum impositione manuum presbyterii*. — 3^o. Habetur institutio Christi Domini; ex eodem Apo-*

*Ordo, vere
et proprie
sacramen-
tum.*

*stolo ad Ephes. iv: *Ipse dedit quosdam... apostolos... alios autem pastores et doctores... in opus ministerii*. Et ex Luc. xxii:*

Hoc facite in meam commemorationem. Ubi, licet tantum sacerdotium fuerit ordinatum, in ipso tamen eminenter contenta fuit ordinatio aliorum ministrorum qui sacerdotibus inserviunt.

*Effectus hujus sacramenti sunt: 1^o. Gra-
tia sanctificans. 2^o. Gratię sacramentalis
ad ministerium rite exercendum. 3^o. Im-
pressio characteris.*

*De fide est in Ecclesia plures ordines
esse; ex Tridentino¹⁷: Si quis dixerit,*

*Effectus
ordinis.*

*De fide est
esse plures
ordines.*

¹⁷ de aetat. et qualit. ordin., n. 45. — ¹⁸ Sess. 23, de Ordine, cap. 2. — ¹⁹ Sess. 23, de reform., cap. 17. — ²⁰ De Matr., lib. 7, disp. 29, n. 5 et 9. — *Azor*, part. 1, lib. 13, cap. 14, qu. 8. — ²¹ Tr. 10, part. 2, n. 123 et seqq. — ²² Disp. 20, dub. 14, n. 145 et 150. — ²³ De Matr., qu. 3, punct. 9, n. 12. — *Vasq.*, disp. 237, cap. 2. — *Bellarmino*, de Ordine, cap. 8. — *Coninck*, disp. 20, dub. 6, n. 47. — *Fili.*, tr. 9, cap. 1, n. 28. — ²⁴ Loc. cit., n. 15. — ²⁵ De Ordine, punct. 2. — ²⁶ Sess. 23, de Ordine, can. 3. — *S. Thom.*, Suppl., qu. 34, artic. 2, corp. — ²⁷ Tr. 8, cap. 1, n. 8. — ²⁸ Sess. 23, de Ordine, can. 2.

²⁹ importunitas parentum aequiparantur gravi metui quoad hunc effectum.

praeter sacerdotium, non esse in Ecclesia catholica alios ordines, et maiores et minores, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium tendatur, anathema sit.

Singuli autem ordines sic definiuntur: et

1º. Ostiarius est *ordo quo confertur alicui specialis potestas aperiendi et claudendi januam ecclesiae, ac admittendi dignos excludendique indignos.*

2º. Lectoratus est *ordo quo confertur alicui specialis potestas legendi psalmos et lectiones ex pulpito in ecclesia, ac populum catechizandi seu instruendi in rebus fidei.*

3º. Exorcistatus est *ordo quo alicui confertur specialis potestas ejiciendi demonia.*

4º. Acolythus est *ordo quo confertur alicui specialis potestas in Missa solemnis subdiacono inserviendi, accendendo cereos, praeparando et porrigeno illi ampullas vini et aquae.*

5º. Subdiaconatus est *ordo quo confertur alicui specialis potestas in Missa solemnni inserviendi diacono et solemniter canendi epistolam.*

6º. Diaconatus est *ordo quo confertur alicui specialis potestas in Missa solemnii immediate assistendi presbytero et solemniter canendi evangelium.*

7º. Presbyteratus sive sacerdotium est *ordo quo confertur alicui specialis potestas consecrandi Corpus et Sanguinem Christi, absolvendi quoque a peccatis et pascendi subditos opere ac doctrina.*

¹ Suppl., qu. 37, art. 2, ad 1, et art. 3. — ² Consil. mor., lib. 7, cap. 1, dub. 7 et 8. — ³ De Ordine, punct. 2, n. 2. — ⁴ De Ordine, cap. 3. — ⁵ Clyp., tr. 7, de Ordine, disp. 2, n. 6 et 8. — ⁶ Tr. 8, cap. 1, n. 14. — ⁷ Gabr. a S. Vinc., de Sacr. Ordin., disp. 1, qu. 4. — ⁸ Gran., de Sacr. Ordin., tr. 1, disp. 2, num. 7 et seqq. — ⁹ Lesana, Sum., v. Ordines sacri, num. 2. — ¹⁰ Durand., in 4, dist. 24, qu. 2, art. 1. — ¹¹ Cajetan., Opusc. tom. 1, tr. 11. — ¹² Sotus, in 4, dist. 24, qu. 1, art. 4, post concl. 5. — ¹³ Victor., Sum., de Ordine,

8º. Episcopatus est *ordo quo confertur alicui specialis potestas confirmandi fidèles et ordinandi ministros sacramentorum* (tò ministros sumendo latius, id est non solum pro iis qui sacramenta conficiunt, sed etiam pro iis qui conficientibus ex officio ministrant), nec non *consecrandi res ad divinum cultum pertinentes.*

Prima autem tonsura est *ritus solemnis ecclesiasticus, consistens in levi detonsione capillorum cum certis verbis, per ministrum idoneum celebratus, ex institutione Ecclesiae significans masculum baptizatum a statu laicali in sortem Domini et statum clericalem transferri.*

736. — Quaestio autem celebris est: *An singuli septem ordines sint sacramenta?*

— Adsunt quatuor sententiae:

Prima sententia universe affirmat. Et hanc docet D. Thomas¹, quem sequuntur Sanchez², Bonacina³, Bellarminus⁴, Gonet⁵; et Salmant.⁶ cum Gabriele, Grano, Lezana et aliis pluribus. — *Secunda* sententia dicit solum sacerdotium esse sacramentum. Et sic tenent Durandus, Cajetanus; et probabilem putant Sotus et Victoria, apud Salmant.⁷. — *Tertia* vero sententia dicit esse sacramenta tantum tres ordines maiores. Ita Navarrus⁸; et Sotus ac Vasquez, apud Salmant.⁹; atque probabilem putat Sanchez¹⁰. — *Quarta* demum sententia dicit solum presbyteratum et diaconatum esse sacramenta. Et hanc tenent Tournely¹¹, Cabassutius¹²; et Habert¹³ cum Gratianus^{a)}, Magistro Sententiarum^{a)} et Estio^{b)};

n. 226. — ¹ Tr. 8, cap. 1, n. 13. — ² Man., cap. 22, n. 18, v. *Quare probabilitas* (edit. Antwerp. 1579). — ³ Sotus, loc. cit., concil. 1, cum concl. 6 et 7. — ⁴ Vag., disp. 237, cap. 2; cfr. disp. 238, cap. 2, et disp. 239, cap. 1. — ⁵ Loc. cit., num. 13. — ⁶ De Matrimonio, lib. 7, disp. 31, num. 17; cfr. Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 7. — ⁷ Praelect., de Sacr. Ordin., qu. 6, art. 2 et seqq. — ⁸ Theor. juris, lib. 8, cap. 16, num. 3. — ⁹ De Ordine, part. 1, cap. 6, init., et resp. 2 et 3.

736. — ^{a)} Gratianus in *praefat. dist. 21*, id innuit dicens episcopos, presbyteros et levitas (diaconos) ordinatos fuisse ab Apostolis; subdiaconos autem et acolythos « procedente tempore Ecclesia sibi constituit ». Cfr. etiam *dist. 60, can. 4*, ubi sacros ordines ait esse diaconatum et presbyteratum, quia hos « solos primitiva legitur habuisse Ecclesia ». Idemque

omnino habet Magister Sent., lib. 4, dist. 24, n. 9, *de presbyt.*

^{b)} Estius videtur quidem in hanc sententiam inclinare, *in 4, dist. 24, § 8*, sed non aperte amplectitur, et de universa quaestione, utrum scilicet omnes ordines sint vere et proprie sacramenta, nihil definire ausus est: «Opinionis electionem studiosis relinquentes ».

ac probabilem vocant Salmant.¹ cum Soto^{c)}.

737. — Circa has sententias meum proferam judicium.

Sententia *prima* est probabilis. — Ratio, quia Eugenius IV in decreto ad Armenos (quod afferit Croix^{d)}) dicit materiam sacramenti Ordinis esse illud per cuius traditionem confertur Ordo; et deinde explicat, calicem cum vino et patenam cum hostia esse materiam presbyteratus; librum Evangeliorum, diaconatus; calicem vacuum cum patena vacua, subdiaconatus; et res alias assignatas, aliorum quartuor ordinum. Quo decreto, cum praedictus Pontifex declaret omnes ordines ultra sacros habere propriam materiam pro sacramento, consequenter declarat omnes alias ordines esse sacramenta. — Nec obstat quod minister ordinationis sit solus episcopus, ut dicitur in Tridentino^e. Nam respondetur quod hoc intelligitur de ministro ordinario, non autem extraordinario, quem Papa bene potest depudare ad hujusmodi ordines conferendos; ut dicunt Salmant.⁴ cum Soto, Sanchez, Palao et aliis communiter, ex D. Thoma, qui id expresse docet^f. Et de facto habetur ex eodem Tridentino^g quod abbates possunt ordines minores conferre; vide dicenda *n. 763*.

Sententia *secunda*, quae dicit solum sacerdotium esse sacramentum, non est mihi et aliis communissime satis probabilis: ex iis quae mox dicam, loquendo de quarta sententia.

Sententia *tertia*, pariter ac prima, est probabilis.

Sed mihi probabilior est *quarta* sententia, quae docet, tantum sacerdotium et diaconatum esse sacramentum, non vero alias ordines.

Prima pars, quod non solum sacerdotium, sed etiam diaconatus sit sacramen-

¹ Tr. 8, cap. 4, n. 42. — ² Lib. 6, part. 2, n. 2128.

³ Sess. 23, de Ordine, cap. 4 et can. 7. — ⁴ Loc. cit., n. 17 et 19. — ⁵ Sotus, in 4, dist. 25, qu. 1, art. 1, ad 2. — ⁶ Sanch., Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 18, n. 5. — ⁷ Palau, tr. 27, punct. 14.

^{c)} Sotus non citatur a Salmant. pro hoc asserto; attamen videtur illud ut probabile agnosceri, *dist. 25, qu. 1, art. 4, v. Dubium ergo.*

tum, probatur, quia in ordinatione diaconatus concurrunt tria (ut diximus) sufficientia ad sacramentum, nempe: 1º. Signum sensibile, scilicet impositio manuum. — 2º. Institutio divina; nam concilium Tridentinum definit: *Si quis dixerit in Ecclesia catholica non esse hierarchiam divinae ordinatione institutam, quae constat ex episcopis et presbyteris et ministris, anathema sit.* Per tò ministris saltem diaconi intelligendi sunt divinae ordinatione instituti. — 3º. Concurrit promissio gratiae, quam significant verba episcopi: *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, etc.* Quae verba habent rationem formae et vere producunt gratiam; ut scripsit^{a)} Anastasius Papa II⁷, apud Cabassutum⁸, utque clare infertur ex Tridentino⁹, ubi habetur: *Si quis dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere: Accipe Spiritum Sanctum..., anathema sit.* Ergo, cum in ordinatione diaconatus jam dicat episcopus: *Accipe Spiritum Sanctum, etc., vere Spiritus Sanctus datur, et per consequens verum confertur sacramentum.*

Secunda autem pars, nempe quod *alii ordines minores et subdiaconatus* non sint sacramenta, probatur, quia pro his deest materia et forma sacramenti Ordinis. — Deest quidem *materia*; quia deest impositio manuum, quae est sola materia hujus sacramenti (juxta probabilem sententiam quam tenuimus de *Sacram. in gen. n. 12, v. Circa*; et fusius probabimus hic *n. 749, v. Tertia*). — Deest etiam *forma* sacramenti; in horum enim ordinum collatione nulla adest forma quae exprimat productionem gratiae, sed tantum fit mentio potestatis quae traditur. — Nec obstat dicere quod nullus ex septem ordinibus iterari possit; ergo in singulis imprimitur character, quod imprimi non

^{a)} Suppl., qu. 38, art. 1, ad 3. — ⁶ Sess. 23, de reform., cap. 10. — ⁷ Trid., sess. 23, de Ordine, can. 6. — ⁸ Epist. ad Anastas. imperat., cap. 7; ap. Labbe, tom. 5, col. 408. — ⁹ Theoria juris, lib. 3, cap. 16, n. 3. — ¹⁰ Loc. cit., can. 4.

^{a)} Anastasius II, nulla mentione facta de verbis formae, absolute dicit gratiam sacramenti dari in ordinatione sacerdotum et levitarum. Et ita etiam a Cabassutio citatur.

potest nisi per sacramentum. Nam responderetur: nec consecrationes ecclesiarum iterantur, neque ideo characterem imprimunt, nec sunt sacramenta. — Neque obstat quod Clemens¹ dicat in ordinatione subdiaconorum hanc fieri orationem: *Tribue ei, Domine, Spiritum Sanctum, ut vasa ad ministrandum tibi facta digne attrahet.* Nam respondet Tournely² quod idem Clemens antea retulerat eamdem dici orationem super diaconissis, quae certe sacramentum Ordinis suscipere non poterant. Sed hodie haec oratio neque dicitur.

738. — Quaeritur deinde: *An episcopatus sit ordo distinctus a presbyteratu?*

Negant S. Thomas, S. Bonaventura et alii: qui dicunt esse extensionem ordinis presbyteratus. — Sed communius affirmant Bellarminus, Tournely, Habert, Sanchez^{a)}, Valentia, Aversa, etc.: tum quia in ipso traditur distinctus character et specialis potestas ad Eucharistiam, nempe constituendi hujus sacramenti ministros; tum quia ordo episcopatus confertur per manuum impositionem et per formam *Accipe Spiritum sanctum, etc.* Nec valet dicere quod, si episcopatus esset distinctus ordo, posset episcopus valide saltem ordinari, licet non esset sacerdos; nam respondetur quod hoc ordinatione divina requiritur, sicut requiritur ut sit baptizatus qui vult confirmari aut ordinari.

739. — « Resp. II^o. Materia remota ordinum est aliquod instrumentum traditum ordinandis in signum potestatis spiritualis. — Proxima est ejusdem tra-

« ditio et acceptio. Cujus contactum physico sicum et immediatum, etsi non esse « essentiale aliqui probabiliter doceant « cum Sà, Henriquez, Reginaldo, Laymann, « Diana^{b)}, et aliis quos citat: contrarium « tamen communius est ac tutius, ut altera saltem manu tangatur; imo ex pracepto, ad scrupulum vitandum, utraque manu; et quidem omnia, v. gr. calix cum patena, haec cum hostia (ut docet Filliuccius), idque simul cum prolatione verborum episcopi. Vide Laymann^{c)}, Bonacina^{d)}. Vide Diana^{e)}.

740. — Dubitatur hic 1^o. *An materia et forma sacramenti Ordinis fuerint a Christo Domino in specie determinatae?*

Vide dicta de Sacram. in gen., n. 12, v. Secunda, ubi diximus probabiliter esse omnes materias sacramentorum, et quod substantiam etiam formas, fuisse a Christo in specie determinatas; cum Juenin, Petrocensi, Habert^{a)}, Concina, Merbesio, Contin. Tournely et aliis pluribus, ex D. Thoma.

741. — Dubitatur 2^o. *An valide ordinetur latinus per materiam graecis assignatam, nempe per solam manum impositionem, et e converso?*

Affirmant Suarez, Vasquez, Dicastillus, Escobar, apud Croix^{f)}; quia cum Ecclesia sit una, uniformia quoque debent esse sacramenta. — Negat vero ipse Croix cum Arriaga et aliis; quia ex determinatione Ecclesiae, materia graecis assignata non habet vim significandi id quod significat materia assignata latinis.

Utraque est probabilis. Sed prima est

Materia et forma Ordinis, quomodo determinata a Christo.

Contactus instrumentorum ad valorem nonrequiriatur, juxta alias.

Probabiliter requiriatur.

Materia latini assignata probabiliter valit prograecis, et e converso.

Probabiliter non valit.

probabilior, juxta nostram sententiam allatam de Sacram. in gen., eodem n. 12, v. Circa, ubi diximus solam manum impositionem (quae communis est tam graecis quam latinis) esse materiam essentiale sacramenti Ordinis, traditionem autem instrumentorum esse tantum materiam integralem. — Si autem latinus ordinetur forma graece prolata, vel e converso, procul dubio valida est ordinatio; ut recte et communiter dicunt Lugo^{g)}, Coninck^{h)}; et Croixⁱ⁾ cum Suarez, Cajetano et Dicastillo.

742. — Dubitatur 3^o. *An, attenta probabili sententia eorum qui dicunt ad valorem ordinationis requiri traditionem instrumentorum, omnino etiam requiratur illorum contactus ex parte suscipientis?*

Prima sententia negat, et hanc tenent Laymann^{k)}, Navarrus^{l)}, Cajetanus^{a)}, Diana^{m)}; item Albertus Magnus, Armilla, Victoria^{b)}, Henriquez et Vasquez, apud Palauumⁿ⁾. — Ratio, quia ad potestates et dominia rerum concedenda sufficit ut minister aut dominus tradat, et alter praesens ea acceptet, sine contactu rei traditae.

Secunda vero sententia affirmat. Et hanc tenent D. Thomas^{o)}, Sanchez^{p)}, Bonacina^{q)}; et Palau^{r)} cum Valentia, Sà et

¹ De Sacram. i. g., disp. 2, n. 107. — ² De Sacram., qu. 60, art. 8, n. 68. — ³ Lib. 6, part. 1, n. 30. — ⁴ Sua., disp. 2, sect. 4. — ⁵ Cajetan., in 3 P., qu. 60, art. 7, in resp. ad 2. — ⁶ Dicast., tr. 1, loc. cit., n. 179. — ⁷ Lib. 5, tr. 9, cap. 5, n. 4. — ⁸ Man., cap. 22, n. 17. — ⁹ Part. 3, tr. 4, resol. 185. — ¹⁰ Albert. Magn., in 4 dist. 24, art. 88, ad 2. — ¹¹ Armill., v. Ordin., n. 4. — ¹² Henrig., lib. 10, cap. 10, lit. d. — ¹³ Vasq., disp. 246, cap. 2, n. 19 et 20. — ¹⁴ Tr. 27, punct. 4, n. 21. — ¹⁵ Suppl., qu. 34, art. 5, ad 3. — ¹⁶ Consil. mor., lib. 7, cap. 1, dub. 2, n. 2. — ¹⁷ Disp. 8, de Ord., punct. 8, n. 11. — ¹⁸ Loc. cit., n. 22. — ¹⁹ De Sacr. Ordin., n. 18. — ²⁰ Tr. 5, disp. 6, cap. 1, § 1, n. 9, qu. 1. — ²¹ Loc. cit., n. 14. — ²² Sotus, in 4 dist. 24, qu. 1, art. 2, post concl. 2, opin. 2. — ²³ Aversa, qu. 2, sect. 2, v. Deinde. — ²⁴ Trull., lib. 6, dub. 2, n. 5. — ²⁵ Gran., de Sacr. Ordin., tr. 1, disp. 6, n. 4 et seqq. — ²⁶ Marchin., tr. 1, part. 1, cap. 16, n. 11, i.f.

materiam sacramentorum et quoad formam Baptismi et Eucharistiae; sed quoad formas reliquorum sacramentorum, scribit Christum reliquisse Ecclesiae determinationem orationum et verborum, « modo per ea sufficienter exprimerentur effectus illorum sacramentorum ».

742. — ^{a)} Cajetanus ita sane docet in Sum., v. Ordinantium... peccata; sed contrarium omnino tenet in Quodlib. de Collatione sacri Ordinis, v. Quoad primum, dicens: « Scito quod non opinative, sed assertive dicendum est quod contactus corporalis necessarius est in sacramento Ordinis ».

Coninck. Ratio, quia Christus sic instituit conferri Ordinem, prout suadent praxis Ecclesiae et formae verba, quae (ut ait D. Thomas) *videntur ostendere quod contactus materiae sit de essentia sacramenti*. — Et haec sententia, cum sit satis probabilis, omnino in praxi sequenda est, saltem in ordine presbyteratus et diaconatus; nam quoad alios ordines, probabile est non esse sacramenta, ut diximus n. 737, v. *Sed mihi*.

743. — Dubitatur 4^o. *An ad valorem ordinationis requiratur contactus physicus instrumentorum?*

Negant alii, quorum sententiam merito putant probabilem Salmant.¹² et Roncaglia¹³. — Ratio, quia, humano modo loquendo, hoc ipso quod aliquis rem alteri offerat, et alter significet aliquo sensibili signo acceptare illam, jam censemur acceptare, esto non tangat.

Affirmant vero cum sententia communiori Bonacina¹⁴, Roncaglia¹⁵, Viva^{a)}, Elbel¹⁶, Mazzotta¹⁷; et Salmant.¹⁸ cum Soto, Aversa et Trullench; ac Escobar^{a)} cum Granado, Marchino, etc. Ratio, quia, sicut in Baptismo, Confirmatione et Extrema Unctione requiritur ut suspiciens physice contingat materiam, ita in ordinatione; tum quia talis est usus Ecclesiae, unde praesumitur sic Christus insti-

In praxi omnino servandus.

Contactus physicus probabilitate non requiritur.

Communius et probabilitate requiritur.

tuisse. — Dices: Parvuli non possunt tangere materiam, saltem tactu voluntario; et tamen, si ordinentur, valide ordinantur (ut dicemus n. 782). Sed respondeatur quod parvuli nec etiam contactum moralem possunt adhibere; unde recte dicunt Salmant. quod ipsi in tantum valide ordinantur, in quantum ordinatio ipsis est voluntaria voluntate Ecclesiae, sicut eisdem est ablutio in Baptismo. — Et cum haec sententia sit etiam probabilis, recte dicunt DD. praefati omnino in praxi tenendam.

In praxi omnino servandus.
Sufficit tactus mediatus et una manu.

Merito autem dicit Escobar¹, sufficere quoad valorem quod materia una manu tangatur. — Et pariter merito cum communi censem idem Escobar² ac Palau³; Croix⁴ cum Gobat; et Salmant.⁵ cum Vasquez⁶; Coninck⁷; Bonacina⁸ et Aversa, sufficere tactum mediatum, nempe si contingatur calix, patena aut liber medio aliquo velo vel chirotheca; qui enim sic tangit in omnium sensu vere tangere dicitur.

Pro ordine sacro, materia tradenda a preferente formam.
Secus, pro ordine minori.

744. — Notandum autem hic 1º. Quod in ordinibus sacris conferendis requiritur ut ab eodem episcopo qui formam profert materia tradatur; quia, cum talis sit usus Ecclesiae, sic censetur Christus instituisse: ita D. Thomas⁹, Sanchez¹⁰ et Salmant.¹¹. Secus vero esse docet D. Thomas cum aliis citatis, in collatione ordinum minorum. — Notandum 2º. Quod si conferan-

¹ Salmant., tr. 8, cap. 2, n. 18. — ² Lib. 23, n. 184. — ³ Loc. cit. — ⁴ Tr. 27, punct. 4, n. 20, v. Quarto. — ⁴ Lib. 6, part. 2, n. 2157. — ⁵ Gobat, tr. 8, n. 108, lit. n. — ⁶ Loc. cit., n. 19. — ⁷ Aversa, qu. 2, sect. 2, v. Non per hoc. — ⁸ Suppl., qu. 38, art. 1, ad 2. — ⁹ Consil. mor., lib. 7, cap. 1, dub. 5, n. 4.

tur ordines ab episcopo, alio tamen celebrante Missam pro ipso, valida erit ordinatio, sed illicita; prout declaravit Sacra Congregatio generalis, habita anno 1715 coram Clemente XI, et confirmavit Innocentius XIII in Congregatione habita die 5 Febr. anno 1722. Ita refert noster Pontifex Benedictus XIV⁹.

745. — « Resp. IIIº. Ostiarius ordinatur « traditione clavum ecclesiae^{a)}; lector, « libri lectionum; exorcista, libri exorcisi- « smorum; acolythus, ampullarum vacua- « rum vel saltem unius, et candelabri cum « cereo extincto^{b)}; quia ejus est praeparare lumen, vinum et aquam ad Mis- « sam ». [An autem materia acolythatus sit traditio urceolorum, vel candelabri? Resp. esse utrumque, cum S. Thoma^{c)}, Salmant.¹⁰, etc., contra alios. Character vero, juxta sententiam affirmantium omnes ordines esse sacramenta, probabilius imprimitur in porrectione urceolorum, prout proximius ad sacrificium deservientium; ut Sanchez et Bonacina cum Salmant.¹¹. — « Subdiaconus, traditione « calicis vacui cum vacua patena super- « posita; quia illius est haec ad Missam « praeparare. — Diaconus, impositione « manus et traditione libri evangeliorum: « quia ejus est » [Ministrare ad altare, ut habetur in Pontificali], « catechizare, can- « tare evangelium, et cum facultate pa-

^{a)} Loc. cit., n. 22. — ^{b)} D. Thom., loc. cit. — ^{c)} De Synodo, lib. 8, cap. 11, n. 7. Cfr. etiam Petra, Comment. ad Const. apost., tom. 5, fol. 158 (edit. Venet. 1729). — ¹⁰ Tr. 8, cap. 3, n. 17. — ¹¹ Sanchez, Consil. mor., lib. 7, cap. 1, dub. 12, n. 2 et 8. — Bonac., disp. 8, punct. 3, n. 6. — ¹¹ Tr. 8, cap. 3, n. 17.

b) Vasquez, disp. 246, cap. 2, n. 19; Coninck, disp. 20, dub. 7, n. 71; Bonacina, disp. 8, punct. 3, n. 11, quamvis a Salmant. (ex Palau) hic citentur, dicunt satis esse contactum patenae mediatum per contactum calicis, et contactum hostiae per contactum patenae. Cfr. notam d ad n. 749 infra.

745. — a) De ostiarii ordinatione plura habentur decreta. Et primo quidem ordinatum non debere necessario claudere ostium ecclesiae vel cappellae cum clavibus in actu ordinationis eidem traditis. (S. R. C. Decr. auth., 2682, ad 5); item satis esse unam pulsare campanam, ubi non adsunt plures (ibid., n. 3315, ad 2); item satis esse pulsare tintinnabula altaris ad fore ecclesiae, etiam casu quo nulla campana adsit (ibid., ad 3 et 4); item, pro valore satis esse clavem unam, servandam

tamen esse rubricam, quae praescribit claves esse tradendas (ibid., n. 4035, ad 5). — Et S. C. de Prop. Fide, die 27 Septembr. 1843, declaravit: in ordinatione clericorum ad ostiarii munus, adhibendas quidem claves, quin tamen ecclesiae claves esse debeant, ita ut qualcumque clavis adhiberi possit».

b) S. R. C., die 8 Junii 1709, ad quaesitum: « An instrumentum vulgo bugia cum candela pro episcopis ad librum, possit esse materia ordinis acolythorum, loco candelabri seu ceroferarii», respondit: « Negative ». Decr. auth., n. 2194, ad 4.

c) S. Thomas, loc. cit., ad 2, dicit acolythum accipere characterem ex verbis episcopi in hoc quod ab archidiacono accipit urceolos et cereum, « et magis in acceptione urceoli quam candelabri ».

A quo celebra Missa ordinatio.

Materia singulorum ordinum.

Materia et forma subdiaconatus apud graecos, manus impositio.

Apud latinos.

Apud lati- nos, juxta alios, sola traditio calicis cum patena.

Juxta alios, etiam traditio libri epistolarum.

« rochi praedicare, baptizare, Eucharistiā dare ». [In necessitate tamen, juxta dicta n. 116, v. Certum, et n. 237, Qu. 1]. — « Sacerdos, traditione calicis « cum vino, et patenae cum pane, addita « forma qua datur potestas sacrificandi; « deinde impositione manus, addita alia « forma qua datur potestas remittendi « alii peccata. — Vide Filiuccium¹, Reginaldum, Bonacina, Diana². ».

746. — Quaeritur 1º. Quaenam autem sit materia et forma subdiaconatus? — Apud graecos est manuum impositio. — Apud latinos.

Dubitatur 1º. An sit calix cum patena, vel liber epistolarum?

Alli dicunt materiam proximam esse solam traditionem calicis vacui cum patena; ex concilio Carthaginensi IV³ et Florentino⁴, cum sua forma: *Videat cuius ministerium vobis traditur; ita vos admoneo ut ita vos exhibatis, quod Deo placere possitis*. — Alii vero dicunt materiam pariter essentialē esse traditionem libri epistolarum; ut dicunt Escobar⁵, et Filiuccius, Dicastillus, Aversa, Medina⁶, Tanner, etc., apud Croix⁷. Ratio istorum, quia adhuc speciale munus est subdiaconi solemniter epistolas legere. — Negant hoc tamen Habert; et Salmant.⁸ cum D. Thoma, Vasquez, Gonet, Valentia, Bonacina⁹ et Palao, qui dicit primam sententiam esse certam. Ratio, quia nullo iudicio reprehenditur Ecclesiam insti-

¹ Tr. 9, cap. 2, a. n. 42. — ² Regin., lib. 30, tr. 1, cap. 2, n. 7 et 10. — ³ Bonac., disp. 8, punct. 8. — ⁴ Part. 3, tr. 4, resol. 187 et 188; et part. 8, tr. 1, resol. 40 et 42. — ⁵ Cap. 5; anno 398 celebratum est; ap. Labbe, tom. 2, col. 1437. — ⁶ Decret. ad Armenos, v. Sextum sacramentum, ap. Labbe, tom. 18, col. 550. — ⁷ Lib. 28, num. 170. — ⁸ Fill., loc. cit., n. 45. — ⁹ Dicast., tr. 6, de Sacr. Ordin., dub. 12, n. 186. — Aversa, qu. 2, sect. 5, v. Addit. vero. — Tann., tom. 4, disp. 7, qu. 2, n. 57. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, n. 2149. — Habert, de Ord., part. 1, cap. 7, qu. 2. — ¹¹ Loc. cit., n. 19. — S. Thom., in Mag.

746. — a) Michael Medina, de Sacror. homin. continentia, lib. 1, cap. 44, haec utique, sed alia etiam requirit.

b) Bonacina, disp. 8, punct. 3, n. 5, ipse dicit traditionem calicis et patenae esse materiam essentialē; et addit quosdam autores assignare etiam libri traditionem, quos non approbat nec reprobatur.

c) De subdiacono qui tetigerat quidem calicem et patenam, non autem librum epistolarum, S. R. C., die 10 Januar. 1711, respondit:

tuisse ritum illum ut materiam necessariam hujus ordinis: jam enim dicunt, per traditionem calicis et patenae sufficienter significari ministerium praecipuum subdiaconi, nimurum ministrandi diacono patrem et vinum oblatum ut sacerdoti tradat.

His tamen non obstantibus, censeo cum Croix⁸, in praxi sententiam, nempe quod tam traditio calicis, quam traditio libri epistolarum sit materia proxima subdiaconatus, sequendam esse, utpote non improbabilem^{c)}.

747. — Dubitatur 2º. An calix et patena in ordinatione subdiaconatus debeant esse consecrata? — Nulli dubium, ex necessitate praecepti et sacramenti.

Sed negant Diana, Bonacina, Henriquez, ex necessitate sacramenti ad valorem. Sed affirmandum cum Palao, Dicastillo, Silvestro et Salmant.⁹; quia ministerium subdiaconi totum est circa vasa, et ideo debent esse proprie ecclesiastica sive sacra: — ad differentiam sacerdotis initiandi, cuius ministerium, cum non sit circa vasa, non requiritur ut vasa sint consecrata; prout tenent Salmant.¹⁰ cum Dicastillo. Et hoc Tamburinius¹¹ dicit esse moraliter certum. Sed huic pariter contradicit Croix¹¹ cum Palao, Dicastillo, Silvestro¹²: quorum sententia in praxi etiam sequenda videtur.

Ex dictis sequitur munus subdiaconi esse tradere diacono calicem et patenam; item panem et vinum tamquam oblationes

Sent., in 4, dist. 25, qu. 1, art. 1, ad 2. — Vasq., disp. 236, cap. 3, n. 83; disp. 238, cap. 5, n. 47 et seqq. — Gonet, Clyp., disp. 2, art. 2, n. 41. — Valent., in 3 Part., disp. 9, qu. 1, punct. 5, v. Tertia quaestio. — Palau, punct. 4, n. 18. — ⁸ Lib. 6, part. 2, n. 2149. — Diana, part. 3, tr. 4, resol. 189. — Bonac., punct. 3, n. 5. — Henrig., lib. 10, cap. 5, lit. f, et cap. 8, n. 3. — Palau, tr. 27, punct. 4, n. 16. — Dicast., tr. 6, dub. 12, n. 182. — Silvest., v. Ordo II, qu. 4, v. Tertium. — ¹⁰ Lib. 6, part. 3, n. 22. — ¹¹ Loc. cit. — Dicast., loc. cit. — ¹¹ Loc. cit., n. 2150. — Palau, tr. 27, punct. 4, n. 16. — Dicast., loc. cit.

Esse supplendum per episcopum etiam privatim. — Posse autem loco libri epistolarum (et in ordinatione diaconi, loco libri evangeliorum) tradi Missale, ut declaravit S. R. C. Decr. auth., n. 3315, ad 7.

747. — a) Tamburinius, lib. 7, de Ord., cap. 3, § 2, num. 4, dicit esse sibi moraliter certum.

b) Silvester, v. Ordo II, qu. 4, v. Tertium, de calice consecrato loquitur in ordinatione subdiaconi tantum.

Probabilitate utraque; ter tenet.

Calix et patena debent esse consecrata, ex necessitate praecepti et sacramenti.

Item in praxi pro ordinatione sacerdotis.

Quale munus subdiaconi.

populi praesentare, deinde canere solemniter epistolam, et etiam deferre crucem in processionibus.

An autem peccant graviter subdiaconi et diaconi solemniter ministrantes in mortali? — Probabiliter negatur cum Valentia, Villalobos, Marchino, Diana et Salmant.¹ (contra alios); quia neque rem sacram conficiunt, neque operationes elicunt quae ex opere operato conferant gratiam, cui ipsi obicem per peccatum ponant. Peccabunt tamen saltem venialiter. — Vide de hoc punto fuse dicta, *de Sacram. in genere*, n. 38.

748. — Quaeritur 2^o. Quaenam sit materia et forma diaconatus.

Prima sententia dicit esse solam traditionem libri evangeliorum cum sua forma: *Accipe potestatem legendi evangelium, etc.* Et hanc tenent Palau², Bonacina³; et Vasquez, Valentia, Reginaldus, Villalobos, Diana⁴ et Trullench, apud Escobar⁵. Atque hujus sententiae videatur expresse esse D. Thomas⁶, cum ibi dicat: *In ipsa libri datione imprimitur character.*

Ratio, quia in concilio Florentino sola traditio libri evangeliorum assignatur pro materia diaconatus. Et licet manuum impositionis necessaria ex praeecepto Ecclesiae, tamen non est de essentia, cum sit ritus dumtaxat ab ipsa Ecclesia, sive ab Apostolis introductus; ut loquitur Gregorius IX in cap. *Presbyter, de sacram. non iterand.*, ubi sic dicitur: *Presbyter et diaconus, cum ordinantur, manus impos-*

² Valent., in 3^o Part., disp. 9, qu. 1, punct. 4, ad 4 arg. - ³ Villal., part. 1, tr. 4, diff. 14, n. 7. - ⁴ Marchin., tr. 2, part. 6, cap. 4, n. 3. - ⁵ Diana, part. 3, tr. 4, resol. 195. - ⁶ Tr. 8, cap. 3, num. 24. - ⁷ Tr. 27, punct. 4, num. 10. - ⁸ Vasq., disp. 238, cap. 4, num. 35, v. *Communis tamen.* - ⁹ Valent., in 3^o P., disp. 9, qu. 1, punct. 5, v. *Secunda quaestio.* - ¹⁰ Regin., lib. 30, tr. 1, n. 7. - ¹¹ Villal., part. 1, tr. 11, diff. 5, n. 2. - ¹² Trull., lib. 6, dub. 2, n. 9; et dub. 3, n. 1 et 2. - ¹³ Lib. 23, n. 165. - ¹⁴ Suppl., qu. 37, art. 5, ad 5. - ¹⁵ Conc. Florent., decr. ad Armenos, v. *Sextum sacramen-*

sitionem tactu corporali (ritu ab Apostolis introducto) recipiunt.

Secunda vero sententia dicit esse solam impositionem manuum. Et hanc tenent Juenin⁵, Merbesius⁶, Tournely⁷; Habert⁸ cum Morino et Becano; item Scotus⁹, S. Bonaventura, Cajetanus et Durandus, apud Escobar¹⁰. — Probatur 1^o. ex Act. vi, ubi, cum sermo habeatur de ordinatione primorum diaconorum, tantum impositionis manuum fit mentio: *Orantes imposuerunt eis manus.* — Probatur 2^o. ex concilio Carthaginensi IV¹¹, ubi dicitur: *Diaconus cum ordinatur, solus episcopus... manus super caput illius ponat.* — Probatur 3^o. ex ritu Ecclesiae graecae, in qua diaconi per solam impositionem manuum ordinantur. — Probatur 4^o. ratione: quia illa est materia sacramenti in cuius applicatione traditur Spiritus Sanctus, nempe gratia sacramenti; cum vero in impositione manuum tradatur diaconis Spiritus Sanctus, ut patet ex forma: *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, etc.*, ideo sola impositionis manuum est materia essentialis diaconatus. Et quod revera in illis verbis *Accipe, etc.* tradatur Spiritus Sanctus, clare (ut diximus) ostendit Tridentinum¹², ubi: *Si quis dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere: Accipe Spiritum Sanctum..., anathema sit.* — Nec obstat textus oppositus in dicto cap. *Presbyter*; nam (ut respondet Bellarminus¹³) hujusmodi impositionis manuum dicitur ab Apostolis introducta,

¹⁶ Institut., de Ordine, qu. 2, concl. 1 et 3. - ¹⁷ De Sacram. Ordin., qu. 48. - ¹⁸ Praelect., de Ord., qu. 6, art. 3, concl. - ¹⁹ De Ordine, part. 1, cap. 7, qu. 5. - ²⁰ Morin., de sacr. Ordinat., part. 3, exercit. 9, cap. 1, n. 2, 4 et 6; cap. 2, n. 1. - ²¹ Becan., de Sacr., cap. 26, qu. 4, n. 6. - ²² S. Bonav., in 4, dist. 24, part. 2, art. 1, qu. 4, concl. - ²³ Cajetan., Opusc. tom. 1, tr. 11. - ²⁴ Durand., in 4, dist. 24, qu. 3, lit. A. - ²⁵ Lib. 23, n. 167. - ²⁶ Cap. 4: an. 398 celeb.; ap. Labbe, tom. 2, col. 1437. - ²⁷ Sess. 23, de Ordine, can. 4. - ²⁸ De Ordine, cap. 9, v. *Ad secundum.*

748. — ^{a)} Bonacina, punct. 3, n. 4, haec utique primo dicit; deinde tamen cuidam objectioni respondens: « Ex quo fit, inquit, ut ordo in traditione primae materiae conferatur, et character extendatur in traditione aliarum materiarum, quoties Ecclesia consuevit aliquem ordinem conferre traditione plurium instrumentorum ».

^{b)} Diana, part. 3, tr. 4, resol. 188, utramque opinionem, scil. primam et secundam, probabilem existimat.

^{c)} Scotus, in 4, dist. 24, art. 2, id videtur insinuare, scribendo: « Non est proprius actus diaconi legere evangelium; et subdiaconi, epistolam; sed isti sunt remoti et minus perfecti actus eorum; perfectissimi autem et proprii

Juxta alios,
traditio li-
bri et im-
po-
si-
tio-
ma-
nu-
um.

non quia ipsi illam instituerint, sed quia acceptam a Domino primi executi sunt.

Tertia vero sententia dicit utramque (nempe traditionem libri et impositionem manuum) esse materiam essentialiem. Ita Bellarminus¹, Lugo², Petrocorensis³, Laymann⁴, Holzmann⁵; Salmant.⁶ cum Dicastillo, Granado, etc.; ac Escobar⁷ cum Coninck, Soto⁸ et Ledesma⁹). — Ratio, quia Ecclesia ex potestate a Christo sibi tradita, quoad graecos determinavit materiam essentialiem diaconatus esse solam impositionem manuum; quoad latinos vero, praeter impositionem, esse traditionem libri.

His positis, dico *primam* sententiam esse probabilem, *secundam* probabilem, *tertiam* adhuc probabilem, et ideo omnino in praxi sequendam, utpote spectantem ad valorem sacramenti¹⁰.

749. — Quaeritur 3^o. Quaenam sit materia et forma presbyteratus? — Adsunt pariter tres sententiae:

Prima, quam tenent Fagnanus¹¹, Sotus¹²; item Angelus et Nuñez, apud Salmant.¹³, dicit materiam esse solam traditorum.

¹ De Ordine, cap. 9, post princ., v. *Altera sententia.* — ² De Sacram. i. g., disp. 2, n. 91, 100 et 103. — ³ De Ordine, cap. 3, qu. 4, v. *Respondetur ergo.* — ⁴ Tr. 9, cap. 5, n. 2, assert. 3. — ⁵ De Ordine, n. 70, ad 6. — ⁶ Tr. 8, cap. 3, n. 28. — ⁷ Dicast., tr. 6, dub. 11, n. 167 et seqq. — ⁸ Gran., de Sacr. Ordin., tr. 1, disp. 6, n. 26 et 27. — ⁹ Lib. 23, n. 167. — ¹⁰ Coninck, disp. 20, dub. 7, n. 62, 65 et 68. — ¹¹ In cap. *Presbyter*, de sacr. non iter., a num. 10. — ¹² In 4, dist. 24, qu. 1, art. 4, post 5 concl., v. *At vero his.* —

tionem instrumentorum; et formam, verba illa quae profert episcopus in traditione instrumentorum, nempe: *Accipe potesta- tem offerendi sacrificium Deo, Missasque celebrandi tam pro vivis quam pro defunctis, in nomine Domini.* Et hac sola materia et forma dicunt tradi potestatem tam sacrificandi quam absolvendi peccata.

Probant ex decreto Eugenii IV ad Armenos (relato a Croix¹¹), ubi dicitur: (*Ordo presbyteratus traditur per calicis cum vino, et patenae cum pane porrectionem.*) — Sed haec sententia communiter a doctoribus non est recepta: vide Salmant.¹². Decretum autem Eugenii quomodo intellegendum sit, infra explicabitur.

Secunda sententia, quam tenent Bellarminus¹³, Estius¹⁴, Laymann¹⁵, Holzmann¹⁶; Escobar¹⁷ cum Scoto, Coninck et Henriquez; ac Salmant.¹⁸ cum Vasquez, Ledesma¹⁹, Diana²⁰, etc., dicit in ordinatione presbyteratus duplicem esse materiam essentialiem: nempe traditionem instrumentorum, qua traditur potestas super Corpus Christi reale, scilicet sacrificandi, cum forma: *Accipe potestatem, etc.* (ut

¹³ Angel., v. *Ordo I.*, n. 6. - ¹⁴ Nuñez, in Suppl., qu. 37, art. 5, concl. 1, et v. *Septimus ordo.* - ¹⁵ Tr. 8, cap. 3, n. 40. — ¹⁶ Lib. 6, part. 2, n. 2128. — ¹⁷ Loc. cit., n. 39 et 41. — ¹⁸ De Ordine, cap. 9. — ¹⁹ In 4, dist. 24, § 24. — ²⁰ Tr. 9, cap. 5, n. 2. — ²¹ De Ordine, n. 70, ad 7. — ²² Lib. 23, n. 158. — ²³ Scot., in 4, dist. 24, art. 3. - ²⁴ Coninck, disp. 20, num. 60 et 61. - ²⁵ Henrig., lib. 10, cap. 6 et 11. — ²⁶ Tr. 8, cap. 3, num. 39. - ²⁷ Vasq., in 3 Part., disp. 239, cap. 3 et seqq.

Communi-
ter rejici-
tur.

Juxta alios,
traditio in-
strumento-
rum ad po-
testatem sa-
cificandi.

illorum ordinum sunt quos habet unus immediate circa Eucharistiam dispensandam; alius, circa materiam offerendam».

^{d)} Petrus de Soto et Martinus de Ledesma male hic citantur ab Escobar (ex Bellarmino tamen): nam Sotus, *lect. 5, de Ordine*, v. *Circa ista igitur*, scribit: « Videtur sacramentum Ordinis maxime perfici in impositione manus: in illis videlicet tribus ordinibus superioribus... Et quamquam semper aliquid forte praeterire fiebat; tamen in antiquorum lectione, nec de traditione calicis etc. in sacerdotio, nec libri in diaconis, hucusque vidi mentionem fieri: quare magis videtur perfici sacramentum in illa impositione manus in superioribus tribus ordinibus. Sed utcumque sit, melius est hoc sub dubio relinquere». — Martinus de Ledesma pariter, in 2^o 4^o, qu. 36, art. 5, assignat, ut diaconatus materiam, solam libri traditionem; de impositione autem manuum haec scribit: « Et si dicas quod illa impositio

manuum [ab Apostolis adhibita] erat materia, non tamen erat de necessitate sacramenti.... Sed etsi hoc forsitan posset defendi, quousque Ecclesia determinaret quid in hoc tamquam de fide tenendum esset, nihilominus tenendum pro certo est cum communi sententia fidelium, nempe: ad quemlibet gradum ordinis requiri materiam tamquam de essentia hujus sacramenti ».

^{e)} Impositio manuum in ordinatione diaconi requirit contactum physicum; et si defuerit, tota diaconi ordinatio iteranda est sub conditione; que iteratio fieri potest a quocumque catholico episcopo secreto, quocumque anni tempore, etiam in sacello privato, ut constat ex triplici declaratione S. O. nempe 19 Aug. 1851, 20 Januar. 1875 et 26 Januar. 1898.

749. — ^{a)} Vide notam d ad num. praeced. ^{b)} Diana, part. 3, tr. 4, resol. 187, utramque sententiam, primam scilicet et secundam, probabiles existimat.

Et impositionem manuum, qua traditur potestas super corpus Christi mysticum, id est absolvendi peccata, cum forma: Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, remittuntur eis. — Quod requiratur traditio instrumentorum cum forma: *Accipe potestatem, etc.*, probant ex decreto Eugenii supra relato; et ex D. Thoma¹, ubi dicit: *In ipsa datione calicis sub forma verborum determinata, character sacerdotalis imprimitur.* — Quod autem requiratur etiam impositionem manuum, probant ex Scriptura (Act. xiii, 3.), ubi dicuntur Paulus et Barnabas ordinati fuisse sacerdotes per impositionem manuum: *Tunc jejunantes et orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos.* Et quod forma hujus impositionis manuum sint verba: *Accipe Spiritum Sanctum, etc.*, probatur ex eodem Tridentino², ubi declaratur per sacram ordinationem dari Spiritum Sanctum, nec frustra episcopos dicere: *Accipe Spiritum Sanctum.* Unde, cum in impositione manuum dicitur ab episcopo: *Accipe Spiritum Sanctum, etc.*, tunc perficitur sacramentum, et ejus gratia confertur.

Probabilius, sola secunda impositionem manuum ad utramque potestatem.

Tertia vero probabilior sententia, quam tenent Juenin³, Concinna⁴; et Petrócorensis⁵ cum S. Bonaventura⁶ et Arcudio⁷; ac Tournely⁸ cum Martene, Becano, Menardo, etc., dicit tradi utramque potestatem sacerdoti, sacrificandi et absolvendi,

¹ Suppl., qu. 37, art. 5, corp. — ² Sess. 28, de Ord., can. 4. — ³ Instit., de Ord., qu. 2, concl. 1. — ⁴ De Ordine, cap. 3, n. 4 et 6. — ⁵ Praelect., de Ordine, qu. 6, art. 2, concl. 2; et qu. 8, status quaest., v. *Prima sententia*, et concl. 1. —

Martene, de antiquis Ecclesiae Ritib., lib. 1, cap. 8, art. 9, n. 18. — *Becan.*, de Sacram., cap. 26, qu. 4, n. 6. — *Menard.*, Notae et Observat. in lib. Sacram. S. Gregorii I, not. 757. — ⁶ Sess. 14, de Extr. Unct., cap. 8. — ⁷ Sess. 28, de Ordine, cap. 2.

^{c)} Petrocorensis, de Ordine, cap. 3, qu. 4, resp. 4, hanc utique sententiam affert, quam tribuit gravibus theologis; sed ipse alii opinioni adhaeret, quae vult: « primam [revera] tamen secundam] praedictam manuum impositionem materiam ordinationis sacerdotalis essentiale quidem esse, sed extendi ad instrumenti traditionem, cum qua pro una materia reputatur... Ultimam vero manus impositionem partialem materiam esse ». Verum tamen est Petrocorensem ita hanc sententiam explicare, ut videatur cum S. Alphonso consentire: « Impositionem manuum, ita ille, essentiale materiam esse, imo et ipsam solam absolute sufficere. Sed Ecclesiam instrumentorum traditionem illi congruenter adjunxisse..., ut collatae potestatis magis sen-

sibile signum esset ». — Arcudius pariter, Concordia, lib. 6, cap. 4, v. *de Presbytero*, dicit impositionem manuum (quae fit ab episcopo et simul a presbyteris) dilatatam usque ad instrumentorum correctionem, cum ea constituere materiam essentiale, quoad potestatem circa corpus Christi reale; sed potestatem circa corpus mysticum apud Latinos conferri per ultimam manuum impositionem. — Denique S. Bonaventura, in 4, dist. 24, part. 2, art. 1, qu. 4, ait: « Pro generali regula habendum est quod in illo signo exteriori imprimitur character in quolibet ordine, in quo principalis potestas quam respicit ordo signatur tradi ordinato... In ordinibus... sacris, quoniam datur ibi nobilis potestas et excellens, fit manus impositio, non tantum instrumenti

per solam secundam manuum impositionem. Dicitur: *secundam*. Nam in ordinatione presbyteratus episcopus ter manus imponit: primo, quando manus extendit nihil dicens; secundo, quando una cum presbyteris extendit manus super initianos et fundit preces; tertio, quando post communionem dicit: *Accipe Spiritum Sanctum, etc.* — Dicunt igitur utramque potestatem tradi, non in prima (ut certum est apud omnes); neque in tertia (nam tertia jam supponit consecratos sacerdotes, dum ipsi cum episcopo jam consecrant Eucharistiam); sed in secunda, quando episcopus extendit manus cum presbyteris, ut patet ex Tridentino⁸, ubi: *Ministri Extremae Unctionis sunt, aut episcopi, aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati per impositionem (nota) manuum presbyterii*, hoc est quae fit ab episcopo cum presbyteris assistantibus. — Probatur 1.^o haec sententia ex Scriptura (ut supra), ubi de sola impositione manuum fit mentio. Dicit autem Tridentinum⁹, quod sacrae litterae gravissimis verbis docent ea quae maxime in diaconorum et sacerdotum ordinatione attendenda sunt; ergo si sacrae litterae tantum de impositione manuum verbum faciunt, dicere debemus, praeter manum impositionem nihil aliud esse in ordinatione essentialiter necessarium, et hoc denotat verbum illud maxime: alia vero solum requiri tamquam partes

Difficultibus satisfit.

integrales, nempe ad clariorem acceptae potestatis declarationem. — Probatur 2.^o. Quia graeci per solam impositionem manuum ordinantur. Ergo, si valida est ordinatio graecorum per solam manuum impositionem; ita etiam valida habenda est ordinatio latinorum: cum totus valor sacramentorum pendeat ab ipsorum materia et forma institutis a Christo Domino, qui (ut patet ex Scriptura) pro materia ordinationis impositionem manuum instituit. — Accedit id quod advertit Benedictus XIV¹ ex doctissimo Martene, quod instrumentorum traditio non prius inventa est quam a saeculo VIII vel IX. Unde, si prius sacerdotes per solam impositionem manuum valide ordinabantur, cur non hodie?

part. 1, lib. 2, cap. 23, n. 11. — ⁸ Praelect., de Ordine, qu. 6, art. 1, § *De Chorepiscopis*, v. *Una*. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ De Ordine, punct. 4, n. 3. — ¹¹ Tr. 27, punct. 14, n. 9 - *Bellar.*, lib. 1, de Clericis, cap. 17. — *Coninck*, disp. 20, dub. 9, n. 88. — *Laym.*, lib. 5, tr. 9, cap. 9, n. 3. — ¹² Can. 10. — ¹³ Loc. cit., concl. v. *Idem*. — ¹⁴ Lib. 6, part. 2, n. 2212. — ¹⁵ De Ordine, n. 85, v. *Ad quaer.* 2. — *Hengo*, de Ordine, qu. 6, art. 3, concil. 2 et 3. — *Herinck*, disp. 10, a n. 55. — ¹⁶ Cap. 2, qu. 1. — *Diana*, part. 8, tr. 1, resol. 34 et 35 (Coord. tom. 3, tr. 1, resol. 69 et 70). — ¹⁷ Tr. 27, punct. 14, num. 10. — *Victor.*, Sum., n. 235. — ¹⁸ Lib. 28, n. 225. — *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 18, art. 3. — *Gasp. Hurtad.*, de Ordine, diff. 18.

ctae abbatis Cisterciensibus, Benedictinis et praelatis Franciscanis in India. — Tanner autem, disp. 7, qu. 3, n. 30, hanc sententiam affirmantem dicit esse satis probabile, quin etiam et exemplis relatis valde probabilem fieri; attamen n. 27, negantem probabilem existimat. — Victoria dicit se vidisse bullam pro subdiaconatu, et addit aliquos idem dicere de diaconatu: Si hoc ita est, inquit, ego dico quod factum tenet, excepto sacerdotio». — Major denique male citatur a Palao; refert enim, in 4, dist. 7, v. *Secundo arguitur*, opinionem hanc, sed addit: « Quod tam beatus Thomas quam alii negarent esse licitum... Tutius est igitur ordines accipere ab episcopis, et non ab abbatis ».

^{f)} Franciscus Turrianus male citatur ab Escobar pro diaconis; nam in suis *Annotat.* in concil. *Nicaen.*, can. 54, dicit tantum chorepiscopos fuisse presbyteros dumtaxat; et in

Gabriele^{a)}, Aversa, Angelo, etc. — Et probant ex indulto concesso abbatibus Cisterciensibus ab Innocentio VIII anno 1489, (cujus bullam testantur observasse Victoria, Vasquez et Rodriguez, apud Frassen¹, qui refert verba bullae) nimirum: *Ne monachi... pro suscipiendis subdiaconatus et diaconatus ordinibus extra claustrum... discurrere cogantur, tibi et successoribus..., ut... religiosis... subdiaconatus et diaconatus ordines... conferre... possitis..., auctoritate apostolica... indulgemus.*

Juxta alios, non potest.

Alii vero negant, ut Sotus, Bellarminus^{b)}, Gonet^{c)}, etc. cum S. Thoma: qui expresse docet^{d)}, Papam non posse committere simplici sacerdoti ut majores ordines conferat.

Alii demum probabiliter cum Salmant.^{e)}, Ledesma^{f)}, Granado, Aversa^{g)}, Suarez, etc., negant de diaconatu, cuius ministerium est immediate ad Corpus Christi tangendum, illud fidelibus distribuendo. Affirmant vero de subdiaconatu; quia ejus munus non habet relationem tam immediatam ad Christi Corpus. — Neque huic obstat dicunt Salmant. doctrinam D. Thomae. Nam (ut ajunt) S. Doctor tantum ibi exclusit ordines majores, qui semper in Ecclesia pro sacris habitu sunt; ut infertur ex verbis ipsius Angelici, qui loquitur de ordinibus, qui habent imme-

Aversa, qu. 3, sect. 3, v. *Quinto et Sexto. - Angel.*, v. *Ordo II*, num. 2. — *Innoc. VIII*, bulla *Exposit*, 5 Id. April. 1489, n. 6, apud Rodriguez, *Bullar. Regular. - Victor.*, Sum. sacr., n. 235. — *Vasq.*, disp. 243, cap. 4, n. 39. — *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 18, art. 3. — *De Ord.*, art. 3, § 1. — *Sotus*, in 4, dist. 25, qu. 1, art. 1, ad 2. — *Suppl.*,

can. 60: « Choropiscopos, non diaconos, qui sunt ordinis sacri, sed hypodiakonos et alias ministros ordinare potuisse ».

^{a)} Gabriel Biel, *Suppl.*, dist. 25, qu. 1, art. 2, concl. 2, ait sacerdotem non episcopum posse ex commissione Papae conferre ordines minores, « et forte majores etiam, dempto sacerdotio ».

^{b)} Bellarminus, *de Ordine*, cap. 7 et 11, concordat quidem de diaconis; sed *de Clericis*, cap. 17, non negat absolute de subdiaconis, imo videtur admittere quod possint ordinari a simplici sacerdote. — Gonet pariter, *Clyp.*, disp. 3, art. 1, § 1, dubitanter loquitur de subdiaconis.

^{c)} Martinus Ledesma, in 2^a 4ⁱ, qu. 40, art. 1, concedit quidem pro subdiaconis; de

diatam relationem ad Corpus Christi. Sed notum est (ut ostendit Tournely⁴, utque diximus *Lb. III*, n. 831, v. *Dubitatur*), quod ordo subdiaconatus non fuit computatus inter sacros, nisi saeculo XI ab Urbano II, ut habetur in cap. *A multis, de aetate et qualit. praefic.* Neque subdiaconatus immediatam habet relationem ad Corpus Christi (ut loquitur D. Thomas): soli enim sacerdotes possunt Eucharistiam confidere, soli diaconi eam deferre aut ministrare. — De indulto autem concesso Cisterciensibus conferendi etiam diaconatum, dubitant Salmant.⁵ cum pluribus aliis; vel censendum dicunt, in hoc Papam secutum fuisse probabilem opinionem eorum qui dicunt in hoc bene posse Pontifices dispensare.

763. — Quaeritur 2^o. *An abbates possint conferre tonsuram et ordines minores aliis quam sibi subditis regularibus?*

Olim bene poterant ex privilegio eis concesso in VII synodo; ut habetur in can. *Quoniam*, dist. 69. Attamen Tridentinum⁶ sic sancivit: *Abbatibus... non licet in posterum... cuiquam qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram vel minores ordines conferre..., non obstantibus quibusvis privilegiis..., consuetudinibus, etc.* — Hoc tamen decreto non obstante, dicunt Escobar⁷; Sanchez⁸ cum Covarruvias⁹, Archidiacono¹⁰, Felino¹¹, etc.; ac

qu. 38, art. 1, ad 8. — ³ Tr. 8, cap. 4, num. 28. — *Gran.*, de Ordine, tract. 2, disp. 2, num. 5. — *Suar.* de Sacram., disp. 11, sect. 8. — *Salmant.*, loc. cit. — ⁴ Praelect., de Ordine, qu. 6, art. 4. — *D. Thom.*, loc. cit. — ⁵ Tract. 8, cap. 4, n. 29. — ⁶ Sess. 23, de reform., cap. 10. — ⁷ Lib. 23, num. 219.

diaconis autem refert quedam monachum S. Bernardi sibi dixisse « quod suus abbas conferebat subdiaconatum et diaconatum ». Neque id reprobat Ledesma.

¹⁰ Aversa, loc. cit., v. *Sexto*, minime negat de diaconatu, imo videtur tenere affirmativam, quamvis simpliciter pro hac tertia sententia citetur a Salmant. ex Granado.

763. — ^{a)} Sanchez, *Consil. mor.*, lib. 7, cap. 1, dub. 19, n. 20, utique negat a Tridentino privilegium istud revocatum esse. Autores autem citat proratione adjecta, scilicet quod mentio privilegii quandoque requiratur ut valeat revocatione; et ita Covarruvias, *Variar. lib. 4*, cap. 16, n. 6; Archidiaconus, in cap. 1 de constitut. in 6^a; Felinus, in cap. Nonnulli, n. 2, de *rescript.* Sed Sanchez, n. 5 et 14,

Salmant.¹ cum Molfesio, Leandro²) et Aversa³, probabilissimum esse, abbates (saltem primates qui episcopalem habent jurisdictionem, ut limitant idem Sanchez²; et Salmant.³ cum Molfesio, Aversa³, etc., contra alios, qui cum Escobar omnibus abbatibus id concedunt) posse etiam hodie ordines minores conferre, non solum sibi subditis, sed adhuc saecularibus, qui litteras dimissoriales a suis paelatis acceperint.

Admittunt vero Salmant.⁴ cum Laymann⁵, Azor, Tamburinio, Leandro, etc., quod abbates mitrati et ab episcopo benedicti, vel potestatem habentes pontificalia exercendi (ut ait Philibertus apud Salmant.⁶) possint ordinare saeculares sibi subditos, vel alios habentes litteras dimissoriales a suis paelatis; quia hi, ratione licentiae suorum paelatorum jam fiunt subditi praedictorum abbatum. Et sic testantur plures decisum fuisse a Sacra Congregatione, Barbosa⁷, Diana⁸ et alii, apud Salmant.⁶

Sed omnes istae opiniones hodie non sunt amplius probables. Dum in decreto S. C. Concilii, edito 17 Januar. anno 1642 (quod referunt in extensum Croix⁹ et Fagnanus¹⁰, et de quo etiam mentionem facit Benedictus XIV¹¹), approbante Urbano VIII, et inviolabiliter observari jubente, statutum fuit, reprobata omni contraria opinione, abbates benedictos congregationis Cassinensis, seu alterius congregationis, vel ordinis aut instituti, habentes etiam jura episcopalia et facult-

¹ Tr. 8, cap. 4, n. 85. — *Molfes.*, part. 1, tr. 2, cap. 2, n. 18. — ² Consil. mor., lib. 7, cap. 1, dub. 19, n. 5 et 14. — ³ Loc. cit., n. 33. — *Molfes.*, loc. cit. — *Escob.*, lib. 23, n. 219. — ⁴ Tr. 8, cap. 4, n. 88. — *Asor.*, part. 1, lib. 12, cap. 20, qu. 7. — *Ascan. Tambur.*, de Jure abbat., tom. 2, disp. 2, qu. 7, n. 2 et seqq. — ⁵ Leand., tr. 6, disp. 4, qu. 12 et 13. — *Philibert.*

explicat privilegium istud non valere nisi pro subditis sive regularibus sive saecularibus.

⁶ Leander, tr. 6, disp. 4, qu. 10, id concedit abbatibus respectu eorum subditorum saecularium, in quos habent plenam jurisdictionem spiritualem et temporalem.

⁷ Aversa, qu. 3, sect. 3, v. *Illi tamen*, revera dicunt abbates, « qui non solum habent subditos regulares, sed etiam saeculares, et habent propriam dioecesim, et in omnibus se habent sicut episcopi », posse adhuc « iis subditis saecularibus minores ordines conferre ».

tatem ordines minores conferendi, non posse ordinare, praeter suos subditos regulares, alios sive regulares sive saeculares, etiam habentes dimissorias a suis Ordinariis. Et ibi imponitur suspensio tam ordinantibus quam concedentibus dimissorias, si aliter egerint. Item hic notandum quod eadem S. C. die 21 Januar. 1719 (ut refert idem Benedictus XIV¹⁰) declaravit in quadam causa abbatis S. Ruffilli, quod etiamsi constaret de territorio separato, in quo praedictus abbas habebat jurisdictionem quasi episcopalem, non poterat concedere litteras dimissoriales suis subditis, eo quod obstabat Tridentinum¹¹, ubi dictum fuit: *Nec ipsi abbates et alii exempti, aut collegia vel capitula quaecumque etiam ecclesiarum cathedralium, litteras dimissoriales... clericis saecularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant; sed horum... ordinatio... ad episcopos intra quorum dioecesis fines existunt pertineat.*

Sunt tamen excipiendi (ut advertit paelatus Benedictus XIV¹²) aliqui abbates qui ex privilegio speciali post Tridentinum obtento possunt suis subditis saecularibus litteras dimissoriales concedere: ut sunt abbas Cassinensis ex privilegio Sixti V, et abbas Cavensis ex privilegio Pauli V, et alii qui sunt adnotati in cancellaria cardinalis Urbis vicarii.

An autem *abbates* non existentes in aliena dioecesi, sed *habentes propriam et omnem jurisdictionem episcopalem*, possint dare dimissorias suis subditis saecularibus? — Affirmat (apud Croix¹³)

Marchin., tr. 1, part. 2, cap. 10, n. 7. — ⁵ Tr. 8, cap. 4, n. 32. — ⁶ Loc. cit., n. 88. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 2190. — ⁸ In cap. *A qua*, de consecr. eccles., n. 19. — ⁹ De Synodo, lib. 2, cap. 11, n. 12. Cfr. Pallottini, v. *Abbas*, § 3, n. 188 et seqq. — ¹⁰ Loc. cit., num. 15. — ¹¹ Sess. 23, de reform., cap. 10. — ¹² Loc. cit., n. 16. — ¹³ Lib. 6, part. 2, n. 2235.

At, sect. 7, v. *Et quidem, omnino concordat etiam pro alienis subditis saecularibus.*

¹⁰ Laymann, lib. 5, tr. 9, cap. 9, n. 2, negat abbates posse ordines conferre nisi regularibus sibi subditis. Sed in *Quaest. canon. de paelator. elect. etc.*, cap. 17, qu. 219, dicit abbates posse cum consensu episcopi tonsuram et minores ordines conferre saecularibus, vel etiam (de consensu paelati) regularibus sibi non subditis.

¹¹ Barbosa, *alleg.* 3, n. 10; Diana, part. 5, tr. 13, resol. 93, id referunt tantum ex aliis.

Nisi privilegium accepirent post Tridentinum.

Nec possunt dimissorias dare suis subditis saecularibus.

Aversa^{f)} cum Molfesio^{f)}, qui affert declarationem S. Congregationis; et Marchinus, qui affert decisionem Rotae. — Sed Pater Zaccaria¹ refert oppositum sanc-tum fuisse alias tam a S. Congregatione quam a S. Rota^{g)}.

Caeterum abbates, qui possunt ordines minores conferre ex privilegio, bene etiam possunt dare dimissorias; ut de mandato Clementis VIII censuit S. Congregatio apud eumdem Croix^{h)}.

764. — Hic dubitatur 1º. *An abbates qui possunt suos subditos regulares et professos ordinare, possint etiam ordinare novitios suos?*

Negant Palaus²; et Barbosa, Sayrus, Rodriguez, etc., apud Escobar³; quia novitii non possunt dici proprie regulares et subditi, dum ad saeculum libere possunt redire. — Sed probabilius affirmant Laymann⁴, Sanchez⁵, Escobar⁶ cum Suarez, et Salmant⁷. cum Leandro et Pellizzario (et probabile putat Croix^{h)}; quia nomine regularium in favorabilibus veniunt etiam novitii.

765. — *An autem tales novitii debeant ordinari ab episcopo loci novitiatu; an vero originis aut domiciliu?*

Marchinus, tr. 1, part. 6, cap. 4, n. 17. — ¹ In sua edit. P. Claudio Lacroix, lib. 6, part. 2, n. 2235. Cfr. Decis. Rot., decis. 985, coram Seraphino. — ² Tr. 27, punct. 14, n. 6. — ³ Barbosa, de Off. et Potest. episc., alleg. 3, n. 8. — ⁴ Sayr., de Censur., lib. 4, cap. 18, n. 5. — ⁵ Rodriguez, Quæsti. regui., tom. 3, qu. 23, art. 2. — ⁶ Lib. 23, n. 211. — ⁷ Lib. 5, tr. 9, cap. 9, n. 2. — ⁸ Consil. mor., lib. 7, cap. 1, dub. 19, n. 15. — ⁹ Loc. cit., n. 213. — ¹⁰ Suan., de Relig., tr. 8, lib. 2, cap. 29, n. 12. — ¹¹ Tr. 8, cap. 4, n. 89. — ¹² Leand., tr. 6, disp. 4, qu. 11. — ¹³ Pelliss., tr. 8, cap. 2, n. 177. — ¹⁴ Lib. 6,

Suarez^{a)} et Henriquez^{a)}, apud Croix⁹, tenent ordinandos esse ab episcopo originis vel domicili. — Sed Sanchez¹⁰, Palau¹¹ et Delbene¹² (et idem tenet Fagnanus¹³ cum aliis) censem bene posse ordinari ab episcopo loci ubi est novitiatu; quia novitii ibi degentes jam habent animum ibi perpetuo manendi.

Utraque sententia est probabilis; ut recte dicunt Croix¹⁴ et Mazzotta^{b)}. Modo (omnino addendum dico) novitius per notabile tempus jam manserit in novitiatu, et juramentum praestet ibi (quantum in se est) perpetuo manendi; juxta dicenda n. 770, ad 5º.

766. — Dubitatur 2º. *An abbates ordinantes non subditos valide ordinant?*

Negant Suarez, Aversa cum Croix¹⁵.

Sed verius affirmant Sanchez, Pellizzarius^{a)}, Tamburinius, etc. cum Salmant.¹⁶; quia talis facultas jam invenitur abbatis concessa in corpore juris ex dict. can. *Quoniam, dist. 69*. Concilium autem Tridentinum et decretum S. Congregationis supra relatum videntur interdixisse tantum exercitium talis facultatis: qua de re abbates illicite ordinant, sed non invalide. Et sic (ut refert Benedictus XIV¹⁷)

part. 2, n. 2198. — ¹⁸ Loc. cit., n. 2199. — ¹⁹ Decal., lib. 4, cap. 39, n. 20. — ²⁰ Tr. 16, disp. 1, punct. 11, n. 8. — ²¹ De Immunit. eccles., cap. 12, dub. 7, sect. 8, n. 7 et 8. — ²² In cap. *Cum inter vos*, de sent. et re judic., n. 8. — ²³ Lib. 6, part. 2, n. 2199. — ²⁴ Suan., de Relig., tr. 8, lib. 2, cap. 29, n. 8. — ²⁵ Aversa, de Ordine, qu. 3, sect. 3, v. *Aliqui*. — ²⁶ Loc. cit., n. 2191. — ²⁷ Sanch., Consil. mor., lib. 7, cap. 1, dub. 19, n. 17. — ²⁸ Ascan. Tambur., de Jure abbat., tom. 2, disp. 2, qu. 8. — ²⁹ Tr. 8, cap. 4, num. 40. — ³⁰ De Synodo, lib. 2, cap. 11, n. 13.

f) Aversa, qu. 3, sect. 3, v. *Illi tamen*, dicit ejusmodi abbates posse adhuc tonsuram et minores ordines conferre suis subditis saecularibus. Ergo et potiori ratione (concludendum) poterunt etiam eis dimissorias concedere. — Molfesius autem concordat, part. 1, tr. 2, cap. 2, n. 17; sed declarationem S. C. C. non refert ad hoc assertum.

g) Quoad sibi pugnantes declarationes S. C. C. cfr. Thesaurum Resolut. tom. 6, fol. 201, in Brixien., § *Quod autem et seq.* Censet autem Benedictus XIV, de Synodo, lib. 2, cap. 11, n. 12, Sacram Congregationem recessisse a priori sententia. Cfr. etiam Pallottini, v. Abbas, § 3, a n. 173 ad 192, et n. 212.

h) Croix, loc. cit., n. 2236, ita sane docet, sed decretum Clementis VIII refert ad aliud dictum.

765. — a) Suarez, de Relig., tr. 6, lib. 6, cap. 11, n. 9; et tr. 7, lib. 5, cap. 16, n. 17, loquitur de dimissorialibus litteris, quas vult concedendas esse ab episcopo domicili (quod scilicet habebat quando religionem novitius est ingressus). — Henriquez autem, lib. 14, cap. 9, n. 2, lit. f, negat novitium posse initiari, « nisi a proprio episcopo ». — Nota praeterea quæsitus hoc moveri de novitii cuiusvis ordinis, ut patet ex Hom. Apost., tr. 20, n. 114, et non solum de iis de quibus S. Doctor loquebatur n. 764.

b) Mazzotta, tr. 5, disp. 6, qu. unic., cap. 2, § 1, i. f., haec dicit de casu praecedenti, qui scilicet tractatur n. 764.

766. — a) Pellizzarius, tr. 8, cap. 2, n. 178, affirmat de subditis saecularibus, qui profecto, quoad ordines, censemur non subditi.

Generatim, a quoniam
episcopo no-
vitii sint or-
dinandi.

Abbates
ordinantes
non subdi-
tos verius
valide ordi-
nant.

Regulares,
ordinandi
ab episcopo
dioecesis.

Qui dñe con-
ferente et
suscipiente
ordines cum
censura.

Qui dñe con-
ferente et
suscipiente
ordines cum
censura.

declaratum fuit a S. Congregatione die 23 Nov. 1641, et confirmatum die 16 Martii 1726, ubi dictum fuit hujusmodi ordinatos ab abbatibus privilegium habentibus, indigere tantum absolutione et rehabilitazione a Sede Apostolica, sed non reordinatione, tamquam valide ordinatos. Idque magis patet ex decreto approbato (ut supra) ab Urbano VIII, ubi imponitur suspensio ordinatis ab hujusmodi abbatis; ergo ipsi jam habentur pro valide ordinatis.

767. — Notandum 2º. Probabile esse ministrum conferentem in mortali ordines minores non peccare mortaliter; quandoquidem satis probabile est quod tales ordines non sint sacramenta, juxta dicta n. 737, v. *Secunda autem*. — Certum est autem quod tam conferens (etiam ordines minores) innodatus aliqua censura, graviter peccabit et incurret irregularitatem exercens actum ordinationis; quam suscipiens cum censura pariter peccabit et incurret suspensionem ab ordine suspecto. Vide Salmant.¹

768. — Notandum 3º. Regulares, ex cap. *Cum nullus*, § fin. de temp. ord. in 6º, debent suscipere ordines ab episcopo in cuius dioecesi est monasterium ubi tunc commorantur. — Et quamvis S. Pius V concesserit privilegium religiosis ut possent ordinari ab alio quam ab episcopo loci ubi degunt; attamen (ut refert Concina²) Gregorius XIII hoc privilegium revocavit. Hancque revocationem confirmarunt Clemens VIII, et Benedictus XIII bulla *In supremo*, edita 23 Sept. 1724; et novissime noster Pontifex Benedictus XIV, in bulla quae incipit *Impositi Nobis*, anno 1747.

Item notandum quod S. Congregatio (ut refert Roncaglia³) de mandato Clementis VII edidit decretum, ubi declarata

S. Cong. Conc., cfr. Thesaurum Resolut., tom. 3, fol. 288, in *Lucana*, die 16 Mart. 1726; et tom. 6, fol. 201, in *Brixien.*, 28 Nov. 1733, § *Huic vero*. — ¹ Tr. 8, cap. 4, n. 71. — ² De Ordine, cap. 4, n. 10. — ³ Gregor. XIII, bulla *In tanta rerum*, diei 1 Mart. 1573, in *Bullar. Rom. Mainardi*. — Clem. VIII, decr. S. C. C. de die 15 Mart. 1596, de quo infra. — ⁴ Tr. 20, qu. 2, cap. 2, qu. 3, resp. 1. (Habetur

768. — a) Quin etiam, juxta citatos autores, religiosi, quorum monasterium in loco

nullius dioecesis situm est, debent a viciniiori episcopo ordinari.

Haec omnia confirmavit Benedictus XIV in mox citata bulla. — Et insuper statuit quod si episcopus dioecesanus fuerit absens vel non habuerit ordinationem, non potest religiosus ab alio ordinari, nisi ostendat attestacionem vicarii generalis, cancellarii aut secretarii ejusdem episcopi. Alias tam ordinans quam sic ordinans incurrit censuras et poenas quas incurrit qui ab aliquo episcopo ordinantur sine dimissoriis. — Item statuit quod talis regularis examinari debeat ab episcopo ordinante. — Item, quod privilegia alicuius ordinis ut ejus religiosi ordinantur a quocumque episcopo debeant esse nominativi, non vero per communicationem. — Item, quod regulares nequeant alio discedere ut ordinantur, et postea redire ad pristinum domicilium, ad hoc ut existantur ab episcopo loci.

Dicit autem Roncaglia cum Fagnano et Passerino, quod si monasterium sit in loco nullius dioecesis, possunt^{a)} ejus religiosi ordinari ab episcopo viciniori.

Omnes autem regulares exempti a praelatis suis dimissorias accipiunt. — Vide dicenda n. 788, *Not. 8º*.

769. — Notandum 4º. Ad licite ordines suscipiendos requiritur ex Tridentino⁵ ut initiandus (etiam prima tonsura, ut doctores communiter intelligunt cum Sal-

etiam decretum istud in bulla *Impositi nobis*, § *Demum*, et in Actis concilii Romani anni 1725, tit. 21, cap. 2, fol. 86). Cfr. etiam Pallottini, v. *Sacramentum Ordinis*, § 2, n. 1. — Gobat, tr. 8, n. 420. — ⁶ Lib. 6, part. 2, n. 2193. — Ronc., cap. 2, qu. 3, resp. 1, i. f. — ⁷ Fagn., in cap. *Cum olim*, n. 16, de praescript. — Passer., de Statib. homin., qu. 189, art. 10, n. 815. — ⁸ Sess. 23, de reform., cap. 3 et 8.

Regulares
nequeant a-
re ut ordi-
nentur, et
postea redi-

Omnes ex-
empti ac-
cipiunt di-
missorias a
suis prae-
latis.

Minister
licitate ordi-
nationis.

mant.¹⁾ ordinetur a proprio episcopo, vel ab alieno, sed de ejus licentia. — Sin autem, ipse peccat graviter et suspenditur ab exercitio ordinis suscepti, donec proprius episcopus voluerit; et ordinans incurrit suspensionem a collatione ordinum per annum; et interim, si suspensio sit notoria, sive de facto sive de jure, sui subditi clerici (non autem laici) possunt ordinari sine ejus licentia *ab episcopis vicinis*, ut expressum habetur in cap. 2, de temp. ordin. in 6^o.

770. — Hic autem maxime adverte oportet ea quae statuuntur super hac materia in bulla *Speculatorum*, edita anno 1694 ab Innocentio XII (quam in extensem afferit Croix²⁾). Et sunt sequentia:

1^o. Non sufficit quod quis statim ab aliquo episcopo beneficium sit accepturus, ut ab eo ordinari possit vel primam tonsuram accipere.

2^o. Initiatius tonsura vel minoribus a proprio episcopo, non potest ulterius ordinari ab alio titulo beneficii, nisi exhibitis prius litteris testimonialibus episcopi tam originis quam domicili super suis natalibus, aetate et moribus.

3^o. Nulli episcopo, eti cardinale, liceat externum, sibi non subditum ratione originis vel domicilii, ad clericalem tonsuram promovere praetextu cuiusvis beneficii ecclesiastici ei statim conferendi, seu ad quod a patronis praesentatus seu nominatus fuerit. — Praeterea, ut quis possit ordinari titulo beneficii ab episcopo non proprio, requiritur ut beneficium actu possideatur, et de se sufficiat ad congruam sustentationem sine supplemento patrimonii. Quare non bene Salmant.³⁾ cum aliis dicunt sufficere beneficium etiam

¹⁾ Tr. 8, de Ordine, cap. 4, n. 43. — ²⁾ Lib. 6, part. 2, n. 2165. Habetur etiam in Bullar. Rom. Mainardi: pridie

tenue pro titulo ad suscipiendos ordines. Quamvis (ut recte notat Croix⁴⁾ cum Bonacina^{a)}, Barbosa^{a)} et communi, contra Lessium^{a)}, etc.) quoad alios effectus sufficiat quodcumque tenue beneficium, ut quis subditus fiat. — Unde autem desumatur congruitas beneficii quoad effectum ordinationis, vide dicenda n. 815, v. *Not. 1*.

4^o. Qui fortuito nascitur alicubi debet ordinari ab episcopo loci ubi pater natus est (nisi pater postea ibidem ubi natus est initiandus contraxerit domicilium). — Debet tamen obtinere litteras testimoniales, si illic ubi natus est tamdiu moratus sit, ut ibi potuerit contrahere impedimentum. Sicut pariter indiget testimonialibus episcopi originis qui in loco suae originis similiter impedimentum contrahere potuerit.

5^o. Ille tantum censendus est subditus ratione domicilii qui aliquo venit animo perpetuo ibi manendi; et hunc animum probet vel per habitationem decennii, vel per aedificationem domus cum asportatione majoris partis bonorum, manendo simul ibi per aliquod notabile tempus; debetque jurare hunc animum tunc habere.

6^o. Ut episcopus possit aliquem ordinare titulo familiaritatis, oportet ut per triennum eum aluerit secum in suo actuali servitio, eidemque intra messem conferat beneficium sufficiens ad congruam sustentationem, cum testimonialibus episcopi originis et domicilii.

7^o. Episcopus originis sive domicilii potest a suis subditis, etiam cum sua dimissoria ab alieno episcopo ordinatis, petere ut intra aliquod tempus exhibeant ordinum susceptorum testimoniales: in

nonas Novembr. (4 Novemb.) 1694. — ³⁾ Tract. 8, cap. 4, num. 51. — ⁴⁾ Loc. cit., num. 2177.

770. — ^{a)} Bonacina, Barbosa et Lessius non satis diligenter allegantur a Croix; primo enim scripserunt ante bullam *Speculatorum*. Deinde loquuntur de episcopo beneficii relate ad ordines recipiendos. Et Bonacina, disp. 8, de Sacr. Ordin., qu. un., punct. 4, n. 14; Barbosa, alleg. 4, n. 44 et 45, tenent beneficium etiam tenue sufficere pro titulo ad suscipiendos ordines; sed Bonacina requirit ut sit residentiale, et si non sit residentiale, ut sit

Ratione originis.

Ratione domicilii.

Ratione familiaritatis.

Jura episcopi originis vel domicilii in subditos ab alio ordinatis.

quibus inseratur observata esse quae in hac bulla praescribuntur. Alias potest eos suspendere ab exercitio suscepti ordinis.

771. — « Unde resolves:

« 1^o. Qui in una dioecesi est natus, in altera habet domicilium, in tertia beneficium, a quovis trium illorum episcoporum potest ordines vel dimissorias accipere. Praepositus¹, Laymann², Diana³: ubi cum Aversa et aliis tribus (contra Barbosa) dicit, etsi ab uno eorum acceperit ordinem unum, posse alterum ab alio accipere ». — [Vide dicta n. *praeced.*, ad 2^o].

772. — « 2^o. Potest quis ordinari ut originarius, ubi ipse vel pater ejus est natus. Barbosa, Zerola, Aversa et alii novem, cum Diana⁴. — Non tamen potest ordinari ab episcopo, in cuius dioecesi natus est fortuito (v. gr. quia mater ibi itineris vel negotiorum causa degebat); quia non contrahit ibi *civilitatem originis*, sed ubi parentes domicilium habent: ibi enim natus esse censetur. Sancte et alii octo^{a)} cum Diana⁵, contra Hurtadum ». [Vide n. 770, ad 4^o].

773. — « 3^o. Qui in diversis episcopatibus habet duo domicilia, in quibus aequaliter (etsi non mathematice) habitat, potest ab utriuslibet loci episcopo ordinari; quia utriusque est subditus ratione domicilii. Praepositus⁶, Sanchez, Aversa, etc. cum Diana⁷. Ejus tamen filius, ab illo tantum in cuius dioecesi est natus. — Quod si fortuito extra utriusque

¹⁾ Dub. 14, n. 187. — ²⁾ Lib. 5, tr. 9, cap. 9, n. 10 et 11. — ³⁾ Part. 8, tr. 2, resol. 8 et 9. — ⁴⁾ Aversa, qu. 3, sect. 6, v. *Tertius modus*. — ⁵⁾ Barbosa, de Off. et Potest. episc., alleg. 4, n. 1. — ⁶⁾ Barbosa, loc. cit. n. 3 et seq. — ⁷⁾ Zerola, Prax. episc., v. *Dimissoriae*, ad 1; et part. 2, v. *Dimissoriae*, § 2. — ⁸⁾ Aversa, loc. cit., v. *Primus est*. — ⁹⁾ Part. 8, tr. 2, resol. 12. — ¹⁰⁾ Sanchez, de Matr., lib. 8, disp. 23, num. 3. — ¹¹⁾ Lib. 7, de Ordine, cap. 7, § 2, num. 21, et 20 ad 4. — ¹²⁾ Diana, part. 4, tr. 4, resol. 51. — ¹³⁾ Bardi, Select., lib. 3, qu. 3, n. 4. — ¹⁴⁾ Loc. cit., n. 51. — ¹⁵⁾ Lib. 6, part. 2, num. 2168. — ¹⁶⁾ Loc. cit., num. 2178. — ¹⁷⁾ Notific. 26, n. 6. Cfr. Thesaur. Resol. S. C. C., tom. 2, fol. 338, in Ariminien.

Conditiones
requisitaes
in beneficio
ordinationis.

« dioecesim sit natus, ab utrovis potest ordinari; quia uterque censetur ejus episcopus originis, cum non sit potior ratio de uno quam de alio. Praepositus, Diana⁸. — Natus autem ex fornicatione, matris potius quam patris domicilium sequitur. Praepositus, Diana⁹ ».

774. — Potest quis ordinari ab episcopo beneficii, licet beneficium sit simplex: modo sit perpetuum, et initiandus illud jam possideat. Et idem dicitur de habente commendam perpetuam quae transeat in titulum. Ita Sanchez, Trullench, Aversa^{a)}, Philibertus, etc. cum Salmant.¹⁰ communiter. — Dicunt Tamburinius¹¹ cum Diana et Bardi; ac Salmant.¹² cum iisdem auctoribus^{b)}, quod sufficit beneficium etiam tenuerit. Sed hoc expresse reprobatur in dicta bulla *Speculatorum* (n. 770, ad 3^o): ex qua requiritur beneficium sufficiens ad sustentationem de se sine supplemento patrimonii. Vide apud Croix¹³. — Et hic notandum cum Croix¹⁴ non sufficere titulum servitii mensae vel ecclesiae aut Missarum; quia revera haec non sunt beneficia.

An autem ex beneficio detrahenda sint onera Missarum? — S. Congregatio (ut refert Benedictus XIV¹⁵), die 17 Julii anno 1723, respondit id relinquendum arbitrio et conscientiae episcopi.

Nota vero quod in nostro regno beneficium, ut quis possit cum eo ordinari, debet ascendere, detractis oneribus, saltem ad medietatem taxae statutae pro patrimonio. — Vide infra, n. 830.

patrimonium, ita ut conflatum ex utroque sufficeret ad sustentationem ». — Tamburinius vero, loc. cit., dicit beneficium, « quamvis tenuissimum », constituere aliquem subditum episcopi; sed ad hoc ut actu suscipiantur ordines, obligabitur ad supplendum de patrimonio.

^E 775. — Sed dubitatur 1^o. *An episcopus beneficii possit dispensare in interstitiis cum aliquo, eodem modo quo posset dispensare cum eo episcopus domicili?*

^E pis-
pus
beneficii
dispen-
sat in
inter-
stitiis sicut
episcopus
domicili.

Negant Navarrus^{a)} et alii. — Sed verius affirmant Barbosa¹; et Salmant.² cum Garcia et Trullench; quia, cum talis ordinandus jam fiat subditus episcopi beneficii quoad ordines, fit etiam subditus quoad omnia concernentia ordines. Modo, intelligendum, accedat necessitas vel utilitas (respective ad ordinem qui confertur) ecclesiae cui ordinandus adscribitur: juxta dicenda n. 795, ad 2.

776. — Dubitatur 2^o. *An rite episcopus ordinet aliquem cui ideo contulit beneficium ut possit eum ordinare?*

Negant Quaranta^{a)}, Barbosa^{a)}, etc., apud Salmant.³; quia talis collatio esset in fraudem. — At valde probabile est quod possit, ut tenet Tamburinius⁴ cum Leandro, Bardi^{b)}, Diana et aliis; et huic sententiae favent Salmant.⁵ cum Trullench. Ratio, quia nullo modo fraudat legem qui utitur jure suo; ex regula juris 55 ff., *de divers. regul. juris antig.*: *Nullus videtur dolo facere qui suo jure utitur.* Habetur autem in cap. *Cum nullus, de temp. ord. in 6^o*, quod indistincte concessum sit episcopis ordinare alienos ratione beneficii.

777. — « 4^o. Qui plura habet in diversis dioecesibus beneficia, potest a quolibet illorum episcoporum ordinari. Garcia, *Praepositus*⁶, etc., Diana⁷. » — [Idem

¹ De Offic. et Potest. episc., alleg. 4, n. 54. — ² Tr. 8, cap. 4, n. 58. — ³ Garcia, de Benefic., part. 2, cap. 4, n. 15. — ⁴ Trull., lib. 6, dub. 7, n. 21. — ⁵ Tr. 8, cap. 4, n. 54. — ⁶ Lib. 7, de Ordine, cap. 7, § 2, n. 21. — ⁷ Leand., tr. 6, de Ordine, disp. 8, qu. 19. — Diana, part. 11, tr. 4, resol. 1. — ⁸ Loc. cit., n. 54. — ⁹ Trull., lib. 6, dub. 7, n. 25. — Garcia, de Benefic., part. 2, cap. 4, n. 2. — ¹⁰ Dub. 14, n. 137. — ¹¹ Part. 8,

dicunt Salmant.⁸ cum Philiberto, Trullench, etc. — In expositis autem spectatur locus in quo expositi sunt. Salmant.⁹.

« 5^o. Studiosi qui in universitate habent tant (etiam ultra decennium) animo re-deundi in patriam, non contrahunt ibi domicilium; atque adeo ab ejus loci episcopo ordinari non possunt. Imo si isthic ducant uxorem, nec filii eorum: sicut enim is non dicitur episcopus domicili respectu patris; ita nec episcopus originis respectu prolis quae nata fingitur in domicilio patris. — Diana¹⁰. »

778. — Notandum 1^o. Quod, licet ad alios effectus, etiam ad suscipienda sacramenta, ut domicilium acquiratur, sufficit quod quis incipiat alicubi habitare animo ibi perpetuo manendi; ad effectum tamen suscipiendo ordines, ultra praedictum animum, requiruntur alia in bulla *Speculatorum* enumerata (dicto n. 770, ad 5^o), et praecipue juramentum de ipso animo perpetuo ibi manendi. — Notandum insuper quod, ut quis ordinari possit ratione domicilii, requiritur ut praestet juramentum de domicilio ibi contracto; ex declaratione S. Congregationis (quam refert Pater Zaccaria apud Croix¹¹).

Adhuc autem filiusfamilias vivens seorsum a patre potest domicilium acquirere ex leg. *Placet* et leg. *Non utique, ff. Ad municipalem.* — Idemque decrevit S. Congregatio (ut testatur Pater Zaccaria¹²) de infante seu impubere^{a)}.

Bene tamen advertunt Sanchez¹³, Bo-

tr. 2, resol. 23. — ⁸ Loc. cit., n. 45. — *Philib. Marchin.*, tr. 1, part. 5, cap. 8, n. 8. — *Trull.*, loc. cit., dub. 7, n. 27. — ⁹ Loc. cit., n. 47. — ¹⁰ Loc. cit., resol. 15 et 17. — ¹¹ Lib. 6, part. 2, n. 2176. Cfr. Thesaur. Resolut. S. C. C., tom. 1, fol. 174 in *Ugentina seu Hydruntina*, die 1 Aprilis 1719; cfr. etiam ibid., fol. 308 in *Romana seu Tusculana*, die 27 Apr. 1720. — ¹² Loc. cit., n. 2180. — ¹³ De Matr., lib. 3, disp. 23, n. 16.

Quid de expositis.

Studentes non contra-hunt domi-cilium in u-niversitate.

Requisita ad domi-cilium pro or-dinibus.

nacina¹, Palaus²; et Salmant.³ cum Aversa⁴, Trullench, Dicastro et Philiberto^{c)}, quod si quis post domicilium contractum habet animum alio se transferendi, bene posset ordinari ab episcopo loci in quo commoratur. — Ad domicilium enim perdendum, non solum requiritur animus discedendi ab illo, sed etiam actualis recessus; ut patet ex pluribus declarationibus S. Congregationis, ut refert Pater Zaccaria apud Croix^{d)}.

779. — Notandum 2^o. Quod barones eorumque filii gaudent domicilio suorum feudorum, etsi ibi non habitant; ac propterea ordinari possunt ab illorum episcopo. Ita Barbosa, Aversa, apud Croix⁸. — Idem dicunt Salmant.⁴ cum Sanchez^{a)}, Trullench; Gobat, Barbosa, Rebuffs, apud Croix⁵, de senatoribus et officialibus perpetuis alicujus loci eorumque filii. Sed merito haec ait Croix⁶ non esse conformia intentioni bullae *Speculatorum* relatae: ubi (ut vidimus n. 770, ad 5^o) requiritur ut ordinandus ratione domicilii per notabile tempus ibi permanserit, et habeat animum ac juret ibi perpetuo manendi.

780. — Fit etiam aliquis subditus episcopi quoad ordines suscipiendos, ratione *familiaritatis* seu famulatus: modo (ut sancivit Tridentinum⁷) *per triennium se-*

cum fuerit commoratus, et beneficium, quacumque fraude cessante, statim reipsa illi conferat. — Putat hic Vasquez sufficiente si episcopus animum habeat conferendi beneficium quamprimum vacatum. Sed communiter dicunt Aversa, Philibertus aliquis cum Salmant.⁸, beneficium debere esse jam vacans: licet ante ordinationem non conferatur, ut Sanchez^{a)}, Ledesma cum Salmant.⁹. — Per relatam tamen bullam *Speculatorum* sufficiente si beneficium conferatur intra mensem. (Vide n. 770, ad 6^o). — Declaravit autem S. Congregatio non posse episcopum titulo *familiaritatis* aliquem ordinare, etiamsi det ei pensionem aut patrimonium. Vide Patrem Zaccaria apud Croix¹⁰.

Nomine autem *familiarium* intelliguntur omnes qui episcopo famulantur et vivunt ejus expensis, etsi in ejus aedibus non habitent: modo degant in loco ubi est episcopus vel prope. — Secus, si distent per decem leucas, ut dicunt aliqui; vel per duas dietas, juxta alias (apud Salmant.¹¹).

Dicit autem Barbosa¹² cum Garcia et Armendariz, qui hoc referunt decisum a S. Congregatione, contra Escobar¹³, qui citat pro se Marchinum^{b)} et Leandrum^{b)}, episcopum posse ordinare suum familia-

¹ De Ordine, punct. 4, n. 11. — ² Tr. 8, cap. 4, n. 48. — ³ Trull., lib. 6, dub. 7, num. 7. — ⁴ Dicast., tr. 6, de Ordine, dub. 16, n. 221 et 223. — ⁵ Barbosa, alleg. 4, n. 32 et 33. — ⁶ Aversa, qu. 3, sect. 6, v. Tertiis. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 2180. — ⁸ Loc. cit., n. 50. — ⁹ Trull., loc. cit., n. 11. — ¹⁰ Gobat, tr. 8, n. 301. — ¹¹ Barbosa, loc. cit., n. 34. — ¹² Rebuffs, Prax. beneficior., part. 1, tit. de Clerics, n. 23. — ¹³ Lib. 6, part. 2, n. 2180. — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ Sess. 23, de reform., cap. 9. — ¹⁶ Vasq., disp. 243.

Quinam
censeantur
familiares.

Ravenmaten. Ordinationis, de die 28 Sept. 1743; decrevit enim S. C. licite ordinari posse ab Ordinario Ravennae clericum, qui impubes Ravennam advenerat, neque ibi tot annis post pubertatem commoratus fuerat quot ad domicilium constituendum praescribuntur. Hinc enim fit, domicili annos ab adventu ante pubertatem secuto numerari potuisse; quod utique falsum esset, si impuberes domicilium sibi non possent statuere.

^{b)} Palaus, punct. 15, n. 3, id non habet; sicut neque Aversa, qu. 3, sect. 6, v. Tertiis modus, qui proinde non satis distincte citatur a Salmant.

^{c)} Quin etiam debere ab eo episcopo ordinari, ait Philibertus Marchinus, tr. 1, part. 5, cap. 7, n. 9.

^{d)} Apud Zaccaria, n. 2176 cum 2184, non reperiuntur declarationes S. C. ad hoc facientes.

776. — ^{a)} Sanchez, de Matr., lib. 7, cap. 1, dub. 20, num. 25, id non habet, quidquid dicant Salmant. — Ledesma vero hanc sententiam videtur tenere, quamvis contra eam a Salmant. citetur.

^{b)} Marchinus, tr. 1, part. 5, cap. 9, n. 15, et cap. 8, n. 10; Leander, disp. 8, qu. 26, censentur esse contra opinionem expositam, ex eo quod negant simpliciter episcopum posse familiarem ordinare, nisi beneficium intra decem dies illi conferat.

rem triennalem, etiam ad titulum patrimonii vel pensionis pro necessitate vel utilitate ecclesiae cui ille est adscribendus ^{c)}.

Imo Gabriel Vasquez censet posse eum ordinare, etiamsi non habeat patrimonium; sed hanc opinionem Barbosa ¹ merito falsam vocat.

Quonodo computetur triennium famulatus.

Praeterea Renzi ²; et Barbosa ³ cum Garcia, Riccio et Molfesio (qui etiam decisum a S. Congregatione asserunt) sufficere ajunt triennium adhuc incepsum antequam fuisset episcopus ^{d)}. — Advertunt tamen communiter Renzi ⁴ cum Palao, Tamburinio, Marchino et Leandro; ac Barbosa ⁵ cum Molfesio et aliis, tempus triennale debere esse continuum: hoc vero intelligendum moraliter. Unde censet Renzi ⁶ non interrumpi triennium, si familiaris per aliquod tempus alio discedat: idque probat ex cap. fin. de verb. sign. in 6^o, ubi interrogatus Papa quis veniret nomine clericorum suorum, respondit venire clericos familiares continuo domesticos commensales, etiamsi aliquando pro suis negotiis ^{e)} abesse contingat.

Gabr. Vasq., disp. 243, n. 49. — ¹ Alleg. 5, n. 12. — ² De Ordine, cap. 1, sect. 3, qu. 13. — ³ Loc. cit., n. 8. — ⁴ Garcia, de Benef., part. 2, cap. 5, n. 83. — Riccius, Prax. aur. rerum ecclesiast. fori, part. 1, resol. 278^{bis}, i. f. Cfr. Collectan. decis., part. 3, collect. 596. — Molfes., part. 1, tr. 2, cap. 2, n. 8. — ⁵ De Ordine, cap. 1, sect. 3, qu. 13. — Palau, tr. 29, disp. 4, punct. 10, § 1, n. 4, v. Secundus est; et tr. 27, punct. 15, n. 6. — Tambur., lib. 7, de Ordine, cap. 7, § 2, n. 3. — Marchin., tr. 1, part. 5, cap. 9, n. 2. — Leand., disp. 8, qu. 24. — ⁶ Loc. cit., num. 9. — Molfes., loc. cit. — ⁷ De Ordine, cap. 1, sect. 3, qu. 18. — ⁸ Consil.

Item advertunt Renzi ^{f)}, Sanchez ⁷; et Barbosa ⁸ cum Navarro, Sayro, Ugolino et aliis pluribus, non posse episcopum dispensare super interstitia cum familiari ordinando ad titulum beneficij statim conferendi ^{g)}; quia hic nondum est subditus. Et ita refert decisum a S. Congregatione Garcia apud Renzi ⁹. — Bene tamen poterit dispensare post collatum beneficium, quia ratione beneficij collati jam fit subditus; ut dicunt Piasecius et Campanile, apud Barbosa ¹⁰; et pariter id a S. C. decisum refert Pittonius ¹¹, die 26 Maii 1594. Sed hoc intelligendum (ut diximus n. 775), si adsit necessitas vel utilitas Ecclesiae ^{h)}.

Quaeritur: *an famuli famulorum episcopi possint ex hoc evodem titulo ab illo ordinari?* — Affirmant Sanchez ¹², Diana ¹³, Salmant. ¹⁴, Aversa, Henriquez ⁱ⁾, modo absit fraus, nempe si ad hoc episcopus permittat familiares suos plures famulos habere ut possit eos ordinare; et modo omnes expensis episcopi alantur, ut advertunt Salmant. ¹⁵ cum Henriquez ^{j)}. — Ratio, quia hi omnes revera tunc tamquam famuli ipsius episcopi reputantur.

Quando episcopus dispensare possit cum famulo in interstitia.

Famuli famulorum quandoque ordinari possunt hoc titulo.

^{c)} Quidquid sit de antiquis resolutionibus, at certe post constitutionem *Speculatorum*, non potest episcopus ordinare familiare suum triennale, ad titulum patrimonii, etiam ob necessitatem et utilitatem ecclesiae, nullo ei collato beneficio, uti declaravit S. C. C. die 27 Julii 1697. Vide Pallottini, v. Sacramentum Ordinis, § 2, n. 91; cfr. etiam Thesaur. Resol. S. C. C., tom. 2, fol. 66, ubi in casus discussione dicitur extendi etiam ad titulum pensionis.

^{d)} Haec resolutio habetur apud Pallottini, loc. cit., n. 87; quin etiam, *ibid.* n. 88, S. C. C. declaravit satis esse, etiamsi totum triennium effluxerit ante promotionem ad episcopatum.

^{e)} In textu habetur: « Pro tuis gerendis negotiis », scilicet negotiis ejus cuius sunt clerici, et ad quem responsum dirigebatur. Glossa

tamen addit: « Nec sumo ita amare verbum, quin etiam pro suis propriis interdum possit abesse ».

^{f)} Renzi, loc. cit., qu. 12, v. f., oppositam sententiam tenet.

^{g)} « Nisi pro ecclesiae sua utilitate », adgit Garcia.

^{h)} Apud Pallottini, v. Sacramentum Ordinis, § 5, n. 42, in generali declaratur episcopum non posse remittere interstitia, nisi sit ordinandi Ordinarius. Posse tamen, *ibid.*, n. 37, cum regularibus super interstitia dispensare, dummodo habeant dimissorias a suis superioribus.

ⁱ⁾ Henriquez, lib. 14, cap. 17, n. 3, ita sane videtur tenere, eo quod in comment. negat famulum famulorum episcopi posse sic ordinari, « qui in externa domo famuli alitur, et non expensis episcopi ».

DUBIUM II.

Quae requirantur in Ordinando.

781. *Quinam valide aut invalide ordinentur.* — 782. *An valide ordinentur infantes.* — 783. *Quae requirantur ut quis licite ordinetur, apud Busenbaum.* — 784. I. *Ut sit viator; non neophytus, non infans, hermaphroditus, irregularis, etc.* — *An autem remaneant ordinati irregulares, etc., quos episcopus protestatur non intendere ordinare.* — 785. II. *Animus clericandi.* — Dub. 1. *An peccet suscipiens ordinem, nolens ascendere ad superiorem.* — Dub. 2. *An peccet clericus in minoribus, si uxorem ducat.* — Dub. 3. *An peccet suscipiens tonsuram ad effugientium forum.* — 786. III. *Ut sit confirmatus.* — 787. IV. *Ut habeat litteras dimissorias.* — Not. 1. *Episcopi regulariter tenentur per seipso ordinare.* Not. 2. *Licentia data non expirat morte concedentis.* Not. 3. *Episcopus confirmatus potest dimissorias concedere; non vero suspensus, etc.* Not. 4. *Potest episcopus eas dare etiam in aliena dioecesi existens.* Not. 5. *Non potest vero vicarius generalis.* — 788. Not. 6. *Quid de capitulo sede vacante.* Not. 7. *Quid de abbatis.* Not. 8. *A quibus debeant habere dimissorias regulares.* Not. 9. *Quid, si Papa det licentiam cum clausula, ut quis ordinetur a suo Ordinario tantum.* Not. 10. *Potest episcopus confirmare habentem dimissorias.* Not. 11. *An ordinatio debeat fieri a certo episcopo designato.* Not. 12. *Sufficit licentia ore tenus.* — 789. Dub. 1. *An episcopus possit ordinare alienum sub spe rathabitionis.* Dub. 2. *An episcopus ordinans possit dispensare cum alieno super irregularitate, etc.* — 790. V. *Examen de scientia, juxta qualitatem ordinis suscipiendi.* — 791. Qu. 1. *Quae debeat sciare sacerdos, praesertim circa sacramentum Poenitentiae.* Qu. 2. *An illiterati sint irregularares.* Qu. 3. *An in regularibus minor scientia requiratur.* — 792. *Quid ultra notandum circa examen.* — VI. *Titulus sustentationis: de quo infra, ex n. 813.* — 793. VII. *Ut ordines gradatim suscipiantur.* — 794. VIII. *Ut ordines suscipiantur tempore debito.* — *Utrum in festis liceat ordinare in minoribus plus quam duos.* — 795. IX. *Ut serventur interstitia.* — 796. *An qui eadem die suscipit duos ordines sacros incurrit suspensionem.* *Quid, si in sabbato suscipit unum, alium in dominica.* Dub. 1. *An haec suspensiō sit latae sententiae.* Dub. 2. *An incurrit suspensionem qui suscipit duos ordines sacros, non servatis interstitia.* — 797. *An liceat eadem die suscipere quatuor ordines minores cum subdiaconatu.* Dub. 1. *An excusat consuetudo contraria.* Dub. 2. *An taliter ordinatus incurrit suspensionem.* Dub. 3. *An regulares possint ordinari extra tempora.* Dub. 4. *An ipsi tunc possint ordinari in quovis festo duplice.* *Quid de initianis in tribus diebus festi.* — 798. X. *Ut servetur locus debitus; et existentialia episcopi in propria dioecesi.* — 799. XI. *Aetas debita; alias incurrit suspensiō.* — Dub. 1. *An eam incurrit qui ordinatur ante aetatem ex ignorantia crassa.* Dub. 2. *An mala fide ordinatus ante aetatem, possit, ea completa, ordinem exercere.* Dub. 3. *An incurrit irregularitatem suscipiens sacerdotium ante aetatem.* *An autem irregularitatem qui ordinatur irretitus censura (Vide ibid., v. Utrum).* — 800. *Quonodo computanda aetas.* Dub. 1. *An possit ordinari mane qui vespero compleat aetatem.* Dub. 2. *An computandus annus bissexti.* — 801. XII. *Exercitium ordinis suscepti.* — XIII. *Sumptio Eucharistiae.* — XIV. *Probitas vitae.* — 802. XV. *Vocatione divina. Quae sint ejus signa.* — 803. *An peccet graviter qui sine vocatione ordinatur.* *An peccet episcopus hunc ordinans.* — 804. *Haec vocatione tanto magis requiritur ad episcopatum et parochiam suscipiendam.* — 805. *Quae sint officia ordinatorum.*

Quale subiectum vaillidae ordinacionis.

781. — « Resp. I^o. Ad validam ordinacionem requiritur et sufficit, ut sit *mas baptizatus*. — S. Thomas¹, Coninck², Vasquez, Filliucci³. Quod si autem in eo incipiat praevalere post ordinationem validam, non potest valide consecrare vel absolve; licet characterem sacramentalem retineat (Lugo⁴). — 3^o. *Non baptizatus*. — Ibid.⁵.

« Unde resolves:

« 1^o. Incapax ordinum est, et quidem jure divino: 1^o. *Femina*. Vasquez, Reginaldus, Filliucci⁴. [Ita S. Thomas⁵, Salmant.⁶ et alii communiter; estque de fide definitum in cap. Nova, de poenit. et remiss.]. — « 2^o. *Hermaphroditus*, in quo sexus femineus praevalet (Filliucci⁷). Quod si autem in eo incipiat praevalere post ordinationem validam, non potest valide consecrare vel absolve; licet characterem sacramentalem retineat (Lugo⁸). — 3^o. *Non baptizatus*. — Ibid.⁹.

« 2^o. Valide ordinantur: 1^o. *Perpetuo amentes, caeci, muti, privati manibus*,

¹ Suppl., qu. 39, art. 1; cfr. qu. 35, art. 3 et 4. — ² Disp. 20, dub. 10. — Vasq., disp. 245; et disp. 246, n. 6 et 7. — ³ Tr. 9, a. n. 73. — Vasq., disp. 245, cap. 2, n. 11. — ⁴ Suppl., qu. 39, art. 1; cfr. qu. 35, art. 3 et 4. — ⁵ Suppl., qu. 39, art. 1. — ⁶ Tr. 8, cap. 5, n. 6. — ⁷ Loc. cit., n. 73. — ⁸ Resp. mor., lib. 1, dub. 31, n. 4. — ⁹ Filli., loc. cit., n. 74.